



R.2597



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16



245


4928.8

del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada.
CATALOGVS Bibliothecæ.

SCRIPTORVM
RELIGIONIS
SOCIETATIS IESV.

Auctore P. PETRO RIBADENEIRA
Societatis eiusdem Theologo.

SECUNDA EDITIO, plurimorum Scriptorum
acceſſione locupletior.



ANTVERPIA,
Ex OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Io. Moreti.

M.DC.XXIII.

Cum Privilegiis Regis Catholici & Belgica Principum.

P R A E F A T I O

A D

L E C T O R E M.



V O D M. Tullius Cicero
non est dignatus facere in
Bruto , Oratorum Latinæ
linguæ texens catalogum ;
quod Suetonius Tranquillus, de illustri-
bus Grammaticis , & de claris Rheto-
ribus scribens ; quod Diuus Hierony-
mus , Cassiodorus , Gennadius , Hono-
rius , Sigebertus , Trithemius , & alij de
Scriptoribus fecere Ecclesiasticis ; id ego
de Scriptoribus S O C I E T A T I S nostræ
facere constitui. Paruum quidem atque
exiguum opus , fateor ; sed vtile , atque
ad Dei gloriam , vti spero , futurum.
Nam quo ex fonte tam multi , tamque
clari doctrinarum emanarunt riuuli ; qua
ex radice tot tantique nati sunt sapientiæ
fructus ; quo auctore tanta intra paucos

annos existere potuit Scriptorum seges
ac copia, nisi ab illo uno, qui Sapientiæ
fons, & principium bonorum omnium
atque origo est? Ad quem tamquam ad
fine etiam referenda sunt quæcumque
^{1.}
^{17.}
^{1.}
^{8.}
*Omne, enim, datum optimum
& omne donum perfectum de sursum est,
descendens à Patre luminum: qui Alpha est
Omega est, ac rerum omnium principium est
finis.* Cedet ergo, vt mea fuit opinio, in
Dei gloriam ea cōmemorare, quæ ipse-
met Deus ad sui gloriam in nostra So-
c i e t a t e perfecit. SOCIETATI verò
ipſi illustre erit ac decorū, tot ex se tam-
que præclaros genuisse filios, qui ingenij
sui monumentis, omniq[ue] bonarum
litterarum genere, CHRISTI Ecclesiam
locupletarunt. Neque iis, qui scientia-
rum studiis ducuntur, & Sapientiæ atmo-
re flagrant, minus erit, vt puto, iucun-
dum scire qui scripserint, & de quibus
scripserint; & fontes nosse, vnde hauri-
re possint, quæ vel ad scientias alendas
augendasque, vel ad pectus pietate in-
flam-

flammandum magno usui sint futura.
Mihi quidem certè permirum videtur,
in tam exiguo Nostrorum numero,
tam multos Scriptores extitisse, qui bre-
uissimo tempore lucubrations suas lit-
teris mandarunt, & omne pānē Scri-
ptorum genus magna cum laude sunt
persecuti. Etenim, vt ex multis pauca
attingam, quod genus ingenuarum est
artium, quod argumentum, quæ tracta-
tio, in qua Nostrī non sunt peregregiè
versati? quam scriptis suis non explic-
runt, auxerint, ornarint? Nam si ab ipsis
quasi incunabulis, ac primis Gramma-
tices rudimentis ducas exordium, & per
seuiores Disciplinas, ceu per gradus
quosdam, ad culmen sacræ ascendas
Theologiae; nihil certè reperties à Nostris
pr̄termissum, quod ad Scientias omnes
illustrandas pertinere videatur. Itaque
ex illis nonnulli Introductiones scrip-
serunt ad Grammaticam, Latinam, Græ-
cam atque Hebraicam, ad artes item
Rheticam Dialecticamque discendas

utilissimas : alij Commentariis Philosophiam, siue de Natura, siue de Moribus, eruditissimis exornarunt : alij quæstiones D. Thomæ Aquinatis, alij diuinæ litteras, hinculenter interpretati sunt : alij in arenam descendere, & cum hæreticis nostri temporis manum conferere non dubitarunt ; & quidem ea doctrinæ magnitudine, ea argumentorum vi atque copia, vt de importunis atque infestissimis Ecclesiæ Catholicæ hostibus non dubiam semper victoriam reportarint. Taceo de Mathematicis disciplinis: nihil dico de Historia, siue Latina siue Vulgari lingua scripta : non loquor de Versionibus Sanctorum Patrum atque præstantissimorum Auctorum è Græco in Latinum, vel ex Latino in maternum idiomam à nostris factis. Præterimitto quæ ad excitandam in animis hominum pietatem, ad virtutes procreandas, detestanda vitia, ad bene denique sancteque viuendum spectant. Quo in genere tam multa à nostris Scriptoribus

pro-

prodierunt in lucem, vt ea quoniam re-censere paucis non possum, satius existimem silentio præterire ; quæ tamen hoc nostro in *Catalogo* Lector inueniet. Et quoniam Libri ipsi loquuntur, nihil ego de Nostrorum vel ingenio, vel doctrina, vel scribendi dispositione atque comprehensione dicam. Atque hunc quidem *Catalogum* ego potissimum scribendum suscepi, proptereà quòd bona in illorum Auctorum, qui in eo referuntur, partem familiariter noui ; & cum antiquissimis omnibus pænè atque grauissimis Societatis Patribus, amicitiae fui vinculis coniunctissimus. Dabo itaque operam, vt ipsorum memoriam amanter ac piè colam ; vindicemque ab obliuione hominum eoru nomina, qui optimè de ipsa *Societate*, atque adeò de vniuersa Republica meriti sunt, & CHRISTI Domini nostri Nomen suis laboribus amplificarunt. Quòd si è viuis quis iam excessit, aliquid fortasse de illius virtutibus dicam, sed modestè ta-

* 4

men

men ac parcè, ne nostra nimium laudare videamur. De viuentibus adhuc tar-
Eccles. 11
cebo : *Ne laudaueris* (inquit Sapiens) *ho-*
2. & 30 *minem in vita sua.* Ad illos porro Scripto-
res qui cogitationes suas litteris manda-
runt atque euulgarunt, nonnullos adieci
ingenio atque eruditione præstantes vi-
ros, quorum labores nondum lucem
aspexerunt : non omnes tamen, quos iu-
re potuissim (sunt enim perinulti) sed ex
magno numero paucos excerpti, atque
in *Catalogum* conieci, qui propter eximia
Doctrinæ & præclara ingenij moni-
menta, quæ nobis reliquerunt, perpe-
tua commendatione digni sunt. Nam
illorum scripta tametsi edita adhuc non
sint, aliquando tamen fortasse exhibunt,
vt & ipsis Auctorisbus industrie sue laus,
& aliis legendi fructus constet. Et quoniam
SOCIETAS nostra latissimè patet,
& yniuersum pœnè orbem terrarū com-
plexa est, fieri facile poterit, vt aliquis
ime Scriptor ex nostris fugiat, & non solùm libri, sed librorum etiam Auctores
mihi

mihi ignoti sint, præsertim tenues atque
exiles, quiq[ue] minuta quedam tantum-
modò scripserunt. Nam tametsi non-
nullos ego quidem recenseo, qui per-
pauca aut etiam in speciem exigua euul-
gauerunt; id tamen facio, tum ne quem-
quam sue industriæ ac laboris laude
fraudem, tum verò ac maxime propter
Scriptoris dignitatem; & quoniam quæ
minima prima fronte videntur, utilita-
te, si benè introspiciantur, sunt maxima.
Neque enim res tam numero & magni-
tudine, quam pretio & pondere, æsti-
mandæ sunt. Hoc est, amice Lector,
meum de Scriptoribus S O C I E T A T I S
scribendi consilium, hæc causa, hæc ra-
tio, quam tu pro tua benignitate bonam
in partem accipias. Vale, nōsque anima,
& Nostrorum laboribus fruere.

C E N S V R A.

Ego Ferdinandus Lucero Societatis IESV Vice-Prouincialis in prouincia Toletana, potestate mibi facta à Reuerendo admodum Patre CLAUDIO AQUAVIVA Preposito Generali, facultatem concedo, ut Transitus De Scriptoribus Societatis IESV, à Patre Petro Ribadeneira compositus, & eiusdem Societatis granium doctorumque hominum iudicio probatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Madriti decimo octavo Septembris, M. DC. VII,

Ferdinandus Lucero.

S V M M A P R I V I L E G II.

ALBERTVS & ISABELLA CLARA EV-
GENIA, Archiduces Austriae, Duces Burgundiæ, Brabantiae, &c. Serenissimi Belgarum Princi-
pes, Diplomate suo sanxerunt; ne quis, *Scriptorum Religionis Societatis IESV Catalogum*, auctore Patre
Petro Ribadeneira Societatis eiusdem Theologo, præ-
ter Martinæ Plantinæ vidua & Balthasaris & Ioannis filiorum Ioannis Moreti p. m. voluntatem, vlo-
modo imprimat, aut alibi terrarum impressum, in
has Inferioris Germaniæ ditiones importet, vena-
lémve habeat. Qui secūs faxit, confiscatione librorū
& alia graui poena mulctabitur, vt latius patet in
literis datis Bruxellæ, xvi. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat.

s. de Grimaldi.

Et in Concilio Brabantiae,

I. de Buschere.

S V M M A P R I V I L E G II REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPI III. Hispaniarum Regis Catholici Priuilegio cautum est, ne quis Catalogum Scriptorum Religionis Societatis IESV, auctore P. Petro Ribadeneira Societatis eiusdem Theologo, præter voluntatem eiusdem P. Petri Ribadeneiræ intra decennium imprimat, aut alibi impressum in Hispaniam importet venalémve habeat, sub poena confiscationis librorum, aliarumque in dicto priuilegio contentarum. Datum Madriti x. die mensis Ianuarij anni M. DC. IX.

LÆ VI-

LÆVINI TORRENTI
EPISC. ANTVERP.
ODA
AD SOCIETATEM
SANCTISSIMI NOMINIS
IESV.

O GRATA celo sancta Sodalitas,
Rex regum IESVS nomine quam sua
Illustrat exornatq; , toto
Vt celebris memoreris orbe:
Non orbe dico, quem veteres aui
Norunt minorem dimidio, male
Truncatum, & angustis coactum
Limitibus, nec adhuc retectum;
Quod usus illic solibus, hic niae,
Negaret aptas hospitibus domos,
Nec torridam fas esset ulli
(Sic perhibent) superare zonam;
Sed orbe toto prorsus & integro,
Quem belluoso dum volitant mari
Vtroque porrectum sub axe
Magnanimi reperere Iberi.

Quo-

Quorum secuti turgida linte,
Pura sed omni mente cupidine,
Pulcro nec argento, nec auro,
Nec nitidis inhiantem gemmis,
Armis ut illi sceptra potentium
Fregere regum, fluminaq; & lacus,
Portusq; vicinasq; gentes
Indomito subiere ferro;
Sic vos inermes, impauidi tamen,
Casti inferentes indigenis sacra,
Hac impios cultus & omnem
Barbariem pepulisti arte.
Qui namque vera luce carentibus
Fas esse notum vel potuit nefas?
Turpi volutabantur antro,
Cimmeris medijs tenebris;
Clavis retenta ceu caueis ferae,
Edenda si que ad munera publica
Seruantur, ut damnata fulua
Corpora dilacerent arena.
Quo deprehensos tam misero in statu,
Vt mente bruta non minus impia
Committerent, quam saevis olim
Antiphates, genus aut Cyclopum,
Sanaftis: at non cantibus Orphei,
Linique, nec qui mænia condidit
Thebana, facundiq; , voce
Mercurij, fidibusq; Phæbi;

Fida

*Fida sed alma vi Sapientia,
Quæ missa ab alto vicit ut hactenus,
Sic vincet, aeternoq; tandem
Omnia subiiciet Parenti.
Qui vos ministros quod sibi legerit,
Res gesta clamat, clamat & exitus
Spe maior, adductis opimo
Tam citò tot populis triumpho.
Quos, antè needum nomine cognitos,
Portare CHRISTI nunc dociles iugum
Miramur, ingenti remixta
Latitia simul & stupore.
Sed quid volenti non facile est DEO,
Deiq; Verbo, Virgineo satum
Quod ventre, prognatumq; nostri
Credimus ad generis salutem?
Hic ille I E S U S progenies Patri
AEquæua, celo quod fuerat manens;
Humana sed de matre sumpsit
Membra, viam referans Olympo.
Hic ille, cuius nomen amabile
Ut vestra complet pectora, sic sacro
Prorumpit exundans ab ore,
Aßidua coliturq; laude.
Nec parua laudi gratia, nam piis
Aspirat orsis omnipotens D E V S,
Firmatq; quas res cumq; Nati
Auspicio geritis secundo.*

Nec

*Nec de receptis gloria Barbaris
Est maior illa, quam domiti dabunt
Caluijg; Luteriq; & omnis
Colluuius simul impiorum.
Fremant superbi, nec teneant minas,
Bellumq; cadesq; & rabiem parent;
Canjamq;, quam ius damnat equum,
Vi vetitis tueantur armis:
Vos ista prudens simplicitas, bene
Morata, se nec leuis efferens,
Defendet insontes. At ipse
Se rabidus male perdet hostis.
Qui quò cruentus sauerit magis,
Plus inde damni compieret, videns
Vicisse quos victos putarat,
Et cineri supereffe vires.*

D E

DE STUDIO, SCHOLIS,
ERUDITIONE QVE
AC SCRIPPTIS
SOCIETATIS IESV:

*Ex PETRI RIBADENE IRÆ Societatis eiusdem
Libro iii. de Vita B. IGNATII Cap. xxiv.*

CRVDELISSIMI Imperatores , qui CHRISTI Ecclesiam omni diritate atque immanitate diuexarunt , vt Religionem nostram funditus delerent, atque ex animis hominum fidem IESV CHRISTI , veramque pietatem radicitus euellerent, eam rationem inierunt, vt molles puerorum animos peruerterent , & CHRISTI odio imbuerent. Nam Maximinus Imper. Tyrannorum omnium teterimus , cum omnibus tormentorum ac mortis generibus , nihil aduersus CHRISTI fidem profecisset, astu & calliditate perficere cogitauit , quæ violentia & crudelitate efficere frustra tentauerat. Librum enim conscribi iussit, (vt ab Eusebio litteris proditum est, lib. x. cap. iii.) cui *Acta Pilati* titulus fuit , infinita mendacia & detestabiles in CHRISTVM contumelias continentem, &c. [Quales hodie in Societatem Caluiniani quotidie comminiscuntur & edunt.]

Idem in Christianos Iulianus apostata aggressus est , interdicens iis Philosophorum, Oratorum, ac Poëtarum lectione, vt idem resert Eusebius, & Niccephorus lib. x. cap. xxv. Quamobrem B. Gregorius

rius Nazianzenus , cognomento Theologus , (quo doctore B. Hieronymus Sacras se litteras didicisse gloriatur) ne eloquentia verborumque elegantia Christianis deesset , vnâ cum Apollinari, animum ad carmina pangenda , Comœdiasque ac Tragœdias de piis rebus , ad mores rectè formandos edit , tanta grauitate atque elegantia , nihil vt Christiani amplius desiderarent.

Hoc nefarium Iuliani ac Maximini exemplum secuti sunt nostra tempestate hæretici Lutherani in Germania, Hugenori in Gallia, Geusij in Belgio, vt errores suos longè lateque disseminarent, & in hominum animis infigerent. Multa enim & soluta oratione & astricta numeris ab Oratoribus Poëtisque, etuditis illis quidem, sed impiis, cōtrā Summum Pontificem, atque Ecclesiasticos homines, & recepta Ecclesiæ dogmata eleganter, facetè, falsèque confcripta in vulgus emiserunt, quæ in scholis pueri ediscerent; vt suauiter venenum hauirirent, & in totam vitam seruarent, quæ pueri imbibissent. Si itaque Satanæ ministri ad nostram perniciem ita inuigilant, quid ni Dei ministri pro sua virili connitantur , omnesque industria atque ingenij neruos ad salutem multorum intendant, &c.

Igitur nascentis Ecclesiæ exordio, eximij atque excellentes vita & doctrina viri deligebantur , qui Catechesim, fideique nostræ rudimenta pueris tradenter : & Alexandriae (auctore Eusebio Hist. Ecclesiast. lib. v. cap. 10. & 11. & lib. vi. cap. 12.) Schola ea de causa instituta est: cui præfuerunt Panthenus, excellens Philosophus ; & Clemens Alexandrinus , vir eruditissimus , præceptor Origenis ; & ipsem Origenes Clementi successit , & socium sibi

sibi ad eam rem adscivit Heraclæum , virum sapientissimum . Protogenes quoque , vir sanctitate & miraculis clarissimus , ludum aperuit scribendi , puerosque hac quasi esca ad C H R I S T I cognitio nem atque amorem pellexit ; vt auctor est Theodoretus libro i v . Ecclesiast . Hist . cap . 16 . semperque hoc etiam Grammaticam docendi munus in laudissimis Ecclesiæ Dei officiis habitum est . Qua de re legendus Basilius Magnus , in Regulis breuiis disputatis , quæst . 292 . & in latiis disputatis , quæstion . 15 . ceterique Patres vetusti .

Idem P. RIBADENEIRA lib. i i . Vitæ I G N A T I I , cap . 18 . piè ac disertè exquirit *Dei Opt. Max. in Societate instituenda consilium* ; natam nimurum tum demum in Ecclesia , cùm in Saxonia humani generis pernicies ac certissima pestis Martinus Lutherus , & mox Ioannes Caluinus in Gallia , hæreses ab inferis reuocando , Romanam Ecclesiam omnibus viribus dato signo oppugnare cœperunt .

Ad hæc P. HIERONYMVS PLATVS lib. i i i . *De bono status Religijs* , cap. x i . fusè docet , Humanitatis litteris , Philosophia , Morali ac Scholastica Theologia , S. Scripturę denique germana explanatione , pro Ecclesia Dei haec tenus Religiosos propugnasse . Cumique ad res Diuinæ , præsertim vero ad sacras Scripturas percipiendas , non tam ingenij acumine solertiaque nitendum sit , quam humilitate , & assuetudine diuturna spiritualium sensuum ; satis appetet , Religiosos quosq; tanto aptiores esse ad ea haurienda solatia , quanto ad virtutes illas , quæ huc ducunt , comparandas , & plura & efficaciora habent adiumenta . Ibidemque de sanctis Ecclesiæ Patribus , Græcis Latinisque (quos illu-

illustrare etiam Societas cœpit) differit : vt & lib. ii . cap. 32 . enumerat , quām multi Religiosi doctrina & eloquentia excelluerint : quæ legant studiosè , qui malè in Societatem , non satis ipsis cognitam , omnesque adeò Religiosos temerè animati sunt .

IVLIVS CÆSAR STELLA COLVMBEIDOS LIB. I I .

MITTET & ille viros , magnum quos nomen IESV ,
Audito quo terra tremit , tremit arduus aether ,
Et procul inferni turbant septem ofitia regni ,
Insigni ornabis titulo : quibus aurea vita ,
Fumum & opes strepitumq; exosus IGNATIUS orbis ,
Et morum precepta dabit ; tuus inclita ciuis
Æternumq; Navarra decus : hi morte superbi
Pra Superum cultu , pro Religionis honore ,
Exponent cruda fidentia pectora morti .

Decem primorum Societatis Parrum Nomina, Cognomina, Nationes, Diœcœsus,
Ordo vocationis, Dies mensis, Annus, Locus, & Ætas, qua quisque obiit.

Vocati ^m - nominis	Nomen.	Cognomen.	Nat ⁱ s.	Diaœfis.	Oïlo ^m	Locus.	Dies mensis.	An- niæ.
I.	B. P. Ignatius	Loyola,	Cantaber,	Pampilonæ.	5.	Roma.	31 Iulij.	1556. 65.
II.	P. Petrus	Faber,	Allibrox,	Gebennen.	2.	Romæ.	1. Auguft.	1546. 40.
III.	B. P. Frascfus	Xauer,	Nauaræus,	Pampilon.	4.	In Sæcio infula. 2.	Decemb.	1552. 55.
IV.	P. Jacobus	Laines,	Hilpanus,	Seguntinen.	7.	Romæ.	19 Ianuarij.	1555. 53.
V.	P. Alphonfus	Salmero,	Hilpanus,	Toletan.	9.	Neapol.	13 Februarij.	1585. 69.
VI.	P. Simon	Rodericus,	Lustanus,	Vifen.	8.	Olyffpone.	15 Iulij.	1579.
VII.	P. Nicolaus	Bobadilla,	Hilpanus,	Palcatinen.	10.	Lauertci.	23. Septemb.	1590.
VIII.	P. Claudio	Iainus,	Allibrox,	Gebennen.	3.	Vienne Austræ.	6. Augusti.	1552.
IX.	P. Ioannes	Codutius,	Gallus,	Ebedunen.	1.	Rome.	29. Augufti.	1541. 33.
X.	P. Paſchafius	Broetus,	Gallus,	Ambianen.	6.	Lutetia.	14 Septemb.	1562. 55.

Initiæ primiæ Societatem Parissim, anno 1534. septem priores, ad quos acceſſerunt
tres poſteriores, anno 1535. Ribadineira lib. 2. cap. 4. & Petrus
Maffæus lib. 1. cap. 21. Vitæ B. P. IGNATII.

NOMINA SCRIPTORVM SOCIETATIS IESV IN HOC CATALOGO, usque ad annum CIC. IOC. XIII.

Asterisco notati nunc demum accedunt.
App. Appendicem designat.

B E A T U S I G N A T I V S L O Y O L A Societatis parens	Pag. I
Achilles Galiardus, Patavinus	3
Adamus Tanerus, Oenipontanus	4
Adrianus Adriani, Antuerp.	4
Adrianus Brunus, Picardus	5
Adrianus Iungius, Polonus	5
Adrianus Mangotius, Gondanus*	6
Adrianus de Wite, Antuerp.	6
Egidius Gonzalez Daula, Toletanus	6
Egidius Schondonchus, Brugensis	6
Alexander Georgius, Remensis	8
Alexander Gerardinus, Mediolanensis	9
Alexander Valignanus, Teramnenis	9
Aloysius Odescalcus, Comensis*	9
Aloysius Gonzaga, Mantuanus	9
Alphonsus Auila, Bellemontanus*	10
Alphonsus Deza, Complutensis	10. 11
Alphonsus Montoya, Ocanenfis	12
Alphonsus Pisanus, Toletanus	12
Alphonsus Rodriguez, Pincianus*	13
** 3	
Alphon-	

<i>Alfonſus Salmeron, Toletanus</i>	13.14.15	<i>Bernardinus Salinus, Vercellenſis</i>	34
<i>Aluarus Lupus, Lufitanus*</i>	15	<i>Bernardinus Stephoniſus, Sabinus</i>	34
<i>Andreas Eudemo-Ioannis, Cydonius</i>	16	<i>Blasius Viegas, Eborenſis</i>	35
<i>Andreas Frusius, Carnutenſis</i>	16	<i>Cesar Isuardus, Nyciensis*</i>	36
<i>Andreas Modestinus, Bohemus*</i>	17	<i>Carolus Torniellus, Italus*</i>	app.
<i>Andreas Schottus, Antwerp.</i>	17.18.19	<i>Carolus Sagerius, Beluaenſis</i>	35
<i>Annibal Codrettus, Allobrox</i>	19	<i>Carolus Scribanus, Bruxell.</i>	36
<i>Annibal Firmanus, Fanenſis</i>	20	<i>Carolus Regius, Italus</i>	app.
{ <i>Daueroult, Atrebas</i>	20	<i>Christianus Haluerius, Germ.</i>	37
{ <i>Barnados, Gennensis*</i>	20	{ <i>Brouuerus, Arnhemensis</i>	37
{ <i>Carnaluis, Olyſiponenſis*</i>	20	à <i>Castro, Ocanienſis</i>	38
{ <i>Cordeſes, Catalaunus*</i>	21	<i>Clavius, Bambergen.</i>	38.39
{ <i>de Balinghem, Aduomarop.*</i>	21	<i>Egidius, Lufit.*</i>	39
<i>Antonius</i> { <i>Folcarius, Niceenſis</i>	22	<i>Madridius, Tolet.</i>	40
{ <i>Maria, Parenticellus</i>	22	<i>Rosembusco, Germ.</i>	40
{ <i>Pacotus, Gall.</i>	22	à <i>Sacrobosco, Hibernus</i>	41
{ <i>Posſeuinus, Mantuan.</i>	22.23.24	<i>CLAVDIUS AQVAVIVA, Neapolitanus</i>	41.42
{ <i>Rubius, Hisp.</i>	24	<i>Conradus Vetter, Germ.</i>	43
{ <i>Torres, Hisp.</i>	25	<i>Cornelius Cornelij, Eburo*</i>	app.
{ <i>Velleſius, Lufit.</i>	25	<i>Cornelius Crocus, Amſtelrod.</i>	43
<i>Arnoldus Saphorius, Bearnenſis</i>	25	<i>Cosmas Magallanus, Bracarenſis</i>	43
<i>Augustinus Iuſtinianus, Genuen.*</i>	25	<i>Cyprianus Zoarez, Ocanienſis</i>	44
<i>Augustinus Vinaldus, Genuen.*</i>	26	<i>Didacus de Pantoya, Hisp.</i>	44
<i>Balthasar Etzelius, Bremen.</i>	26	vide <i>Iacobus</i>	
<i>Balthasar Oſthouimus, Bohem.</i>	27	<i>Dionyſius Petanius, Aurelianensis*</i>	app.
<i>Bartholomeus Brauus, Hisp.</i>	27	<i>Dionyſius Vasquez, Tolet.</i>	44.45
<i>Bartholomeus Riccius, Ital.</i>	28	<i>Domitius Platus, Mediolan.*</i>	45
<i>Benedictus Herbestus, Leopolit.</i>	28.29	<i>Emondus Augerius, Trecensis</i>	45.46
<i>Benedictus Iuſtinianus, Genuen.*</i>	30	<i>Edmundus Campianus, Engl. Martyr</i>	47.48
<i>Benedictus Palmius, Parmen.*</i>	31	<i>Edmondus Hainus, Scotus</i>	49
<i>Benedictus Pereira, Valent.</i>	32.33	<i>Eduardus Sandius, Olyſiponenſis</i>	49
<i>Bernardinus Realinus, Carpensis</i>	33	<i>Emanuel Acosta, Lufit.</i>	50
<i>Bernardinus Rossignolius, Vlmetanus</i>	33.34	<i>Emanuel Aliuarcz, Lufit.</i>	50
	Ber-		

<i>Emanuel de Goes, Lusit.</i> *	51	<i>Sacchinus, Perusinus</i>	69
<i>Emanuel Pimenta, Lusit.</i>	51	<i>Scuderius, Conchenfis</i>	69
<i>Emanuel Sa, Lusit.</i>	51, 52	<i>Solerius, Lemonox.</i>	70
<i>Emanuel de Vega, Lusit.</i>	52	<i>Suarez, Gran.</i>	70, 71, 72, 73
<i>Emcrius de Bonis, Italus</i>	52	<i>Turrianus, Legion.</i>	74, 75, 76, 77
<i>Euerardus Mercurianus, Eburo*</i>	53	<i>XAVIER, Navarrus</i>	77, 78
<i>Fabricius Pallanicinus, Genuensis*</i>	53	<i>Fronto Duceus, Burdigal.</i>	79
<i>Federicus Bartscius, Prutenus</i>	54	<i>Fulvius Androius, Picenus</i>	80
<i>Bastida, Pincianus*</i>	55	<i>Fulvius Cardulus, Carnien.</i>	80
<i>Ferdinandus Guerreiro, Lusit.</i>	55	<i>Gabriel Vasquez, Belmont.</i>	81, 82
<i>Iaen, Cordubensis</i>	55	<i>Astetius, Salmant.</i>	82
<i>Rebellus, Lusit.</i>	56	<i>Barzeus, Zelandus*</i>	83
<i>Fidelis Daniel, Veronensis*</i>	56	<i>Ferdinandus, Toleto.</i>	83
<i>Adornus, Genuensis*</i>	56, 57	<i>Gonzales, Lusit.*</i>	83
<i>Aguilonius, Bruxell.*</i>	57	<i>Gaspar Loarte, Methynn.</i>	84
<i>Albertinus, Neap.</i>	58	<i>Quartemont, Belga*</i>	app.
<i>Antonius, Olyssip.</i>	58, 59	<i>Sanchez, Granat.</i>	84
<i>Arias, Hispal.</i>	59, 60	<i>Sanchez, Navar.</i>	85
<i>Bencius, Etruscus</i>	60	<i>Mastrellus, Nolan.</i>	90
<i>Bonaldus, Mimatensis</i>	60	<i>Georgius Eberhardus, Germ.</i>	85
<i>Bonaentura, Segobiensis</i>	61	<i>Scherer, Oenipont.</i>	85
<i>FRANCISUS BORGIA, Valent.</i>	61, 62	<i>Gregorius de Valentia, Methymnenensis</i>	86, 87
<i>de Castro, Granat.*</i>	63	<i>88, 89</i>	
<i>Cofterus, Machliniensis</i>	63, 64, 65	<i>Guilielmus Baylus, Aniciensis</i>	90
<i>Fauardus, Gallus*</i>	66	<i>Brocheus, Limburg.</i>	91
<i>Gometius, Hisp.</i>	66, 67	<i>de Prete, Bruxell.*</i>	91
<i>Goutieres, Satabensis*</i>	67	<i>Adamus, Dionant.*</i>	91
<i>Perez, Hisp.</i>	67	<i>Blissimus, Colon.</i>	91
<i>Plantedius, Ital.</i>	67	<i>Enriquez, Portuen.</i>	92
<i>Remundus, Dinionensis</i>	67	<i>Henricus Fitz Simon, Hibernus*</i>	app.
<i>Ribera, Hisp.</i>	68	<i>Putzius, Marcodur.</i>	93
<i>Rodrigues, Hisp.</i>	69	<i>Samerius, Luxemb.</i>	93
<i>Scriba, Valent.</i>	69	<i>Semmalins, Dionant.</i>	93
		<i>** 5</i>	
			<i>Heri-</i>

<i>Heribertus Rosweydis, Ultraiect.</i>	94
<i>Hermannus Thyraeus, Nonensis</i>	94
<i>Hermes Clerus, Tornacen.*</i>	95
<i>Dandinus, Cænas*</i>	96
<i>Florentia, Complut.</i>	96
<i>Natalis, Balearis</i>	97
<i>Platus, Mediolan.</i>	98
<i>Pradas, Biacensis</i>	98.99
<i>Ripalda, Hisp.</i>	100
<i>Torres, Catalaunus</i>	100, 101
<i>Xanerius, Navarrus</i>	101
<i>Horatius Passardus, Rom.*</i>	102
<i>Horatius Tursellinus, Rom.</i>	102, 103
<i>N. Horion, Leodiens.*</i>	app.
<i>Aluarez de Paz, Tolet.</i>	103
<i>Antonius Martha, Taruifinus</i>	104
<i>de Codt, Iprensis*</i>	app.
<i>à Cruce, Nucerinus*</i>	104
<i>de Anillaneda, Baticus*</i>	104
<i>Bidermannus, Germ.</i>	105
<i>Gretserus, Marcordiens.</i>	105. usque
<i>ad 120</i>	
<i>Iacobus Gualterus, Vinariensis*</i>	120
<i>Kellerus, Germ.*</i>	120
<i>LAINES, Almasanus</i>	120. 121. 122. 123
<i>Ledeftma, Hisp.</i>	123, 124
<i>Pontanus, Bohemus</i>	125, 126
<i>Salefus, Aruernus*</i>	126
<i>Sirmundus, Aruernus</i>	126. 127
<i>Stratius, Antwerp.*</i>	app.
<i>Szafarnius, Polonus</i>	128
<i>Vangrouitius, Pol.</i>	128
<i>Viuecus, Pol.</i>	128
	<i>Ignatius</i>

<i>Ignatius</i>	{	<i>Amandus, Delphinas</i>	119
		<i>Balsamon, Bergomas</i>	130
		<i>Martinez, Lusit.</i>	130
		<i>Antonius Valtrinus, Senensis</i>	131
		<i>Aquapontanus, Britannus</i>	131
		<i>Arnbruſterus, Franco</i>	131
		<i>Azor, Murcenſis</i>	132
		<i>Bapt. Athanasius, Lugdunen.*</i>	132
		<i>Bapt. Peruscus, Romanus</i>	132
		<i>Bapt. Romanus, Alexandr.</i>	133
		<i>Bapt. Velatus, Pedemont.</i>	133
		<i>Bapt. Villalpandus, Corduben.*</i>	134
		<i>Bonifacius, Hispanus</i>	134.135
		<i>Bordesius, Burdegalcensis</i>	135
		<i>Busus, Neomag.</i>	135.136.137
		<i>Couillonius, Insulensis</i>	138.139
		<i>Crombecius, Duacenas*</i>	139
<i>Ioannes</i>	{	<i>David, Cortracenas</i>	139
		<i>Deckerius, Flander</i>	140
		<i>Dominicus Candela, Siculus</i>	140
		<i>Duraus, Scotus</i>	140
		<i>Ferdinandus, Tolet.</i>	141.142
		<i>Franc. Carettonius, Romanus</i>	142
		<i>Gabriel Bisciola, Mutinensis</i>	142
		<i>Gibonus, Anglus</i>	143
		<i>à Gouda, Ultraiectinus*</i>	143.144
		<i>Gunterius (ita enim nominandus non Gonterius) Taurinensis</i>	144.145
		<i>Hains, Scotus</i>	143
		<i>Hains Serrius, Hannonius</i>	144
		<i>Harlemius, Bataeus</i>	144
		<i>Hafius, Sylnadiucensis</i>	144
		<i>Lorinus, Auenionensis</i>	145
		<i>Ioan-</i>	

<i>Luceña, Lusitanus</i>	145	<i>Iulius Mazarinus, Panormit.</i>	162
<i>Ludouicus de la Cerdas, Tolet.</i>	146	<i>Iulius Nigronius, Genuen.*</i>	162
<i>Magirus, Germanus</i>	146	<i>Iulius Priscianensis, Florent.</i>	163
<i>Maior, Atrebas</i>	147	<i>Iulius Urfinus, Romanus*</i>	163
<i>Maldonatus, Beticus</i>	147.148	<i>Lelius Bisciola, Mutinien.*</i>	163.164
<i>Mariana, Talabrensis</i>	149.150	<i>Lambertus Auer, Bamberg.</i>	164
<i>Pet. Maffeius, Bergomas.</i>	150.151	<i>{ Arturus, Anglus</i>	165
<i>Oranus, Leodiensis</i>	151	<i>Laurentius { Gilenus,</i>	166
<i>Oſrius, Burgenſis</i>	152	<i>Mafellus, Neapolit.</i>	166
<i>Pelecyus, Germ.</i>	152	<i>{ Garzonius, Venetus*</i>	166
<i>Perpeziatius, Gallus*</i>	152	<i>Leonardus { Iefsus, Brechtanus</i>	166.167
<i>Pineda, Hispal.</i>	152.153	<i>Fraius, Bruxell.*</i>	167
<i>Polancus, Burgenſis</i>	153.154	<i>{ Peninus, Virundunen.*</i>	167
<i>Rebellas, Lusit.</i>	154.155	<i>Lucas Pinellus, Melfensis</i>	167.168
<i>Renaudianus, Lemonix</i>	156	<i>{ de Alcazar, Hispal.*</i>	168
<i>Rhetius, Colonien.</i>	156	<i>Crucius, Olyſſipon.</i>	169
<i>de Salas, Vesaniensis Hisp.*</i>	156	<i>Froes, Begiensis</i>	168.169
<i>S. Iacobi, Tolcr.</i>	157	<i>Guzman, Osornensis</i>	169.170
<i>Surius, Betkuniensis*</i>	157	<i>Ludonicus { Ferrerius, Murcianus</i>	170.171
<i>Theodorici, Macheront. Luxemb.</i>	157	<i>Makeblidius, Flander</i>	171
<i>Torres, Methymnenis</i>	158	<i>Molina, Conchenſis</i>	171
<i>Rochas, Tolet.</i>	158	<i>à Ponte, Pincianus</i>	172.173
<i>Voellus, Burgundus</i>	158	<i>Richeomus, Dignenſis</i>	173.174
<i>Wialius, Polonus</i>	159	<i>Rogerius, Areſinus</i>	174
<i>Villalobos, Hispanus</i>	159	<i>Marcellinus Bompar, Gallus</i>	174
<i>Winterhoue, Ultraiect.*</i>	159	<i>{ Georgius, Conimbricen.</i>	174.175
<i>{ à Costa, Methymnenis</i>	159	<i>Becanus, Brabantus</i>	175.176.177
<i>Alderete, Malacensis Hisp.*</i>	160	<i>Christophorus, Gallus</i>	177
<i>Josephus Alemannus, Mediolan.*</i>	160	<i>Martinus { Delrius, Antuerp.</i>	177.178
<i>Blondus, Agrigentinus</i>	161	<i>Fornarius, Brundifinus</i>	179
<i>Cresfuelus, Londinen.</i>	161	<i>Laterna, Roxolanus</i>	179
<i>Iulius Facius, Neapolit.</i>	161	<i>Olausius, Cantaber</i>	180
<i>Iulius Fides, Brixienſis*</i>	162	<i>Rou, Corduben.</i>	181
			<i>Mar-</i>

<i>Martinus Singlerius, Leopolit.</i>	181.182	<i>Io. Perpinianus, Valentinus</i> 198.199.200
<i>Matthaeus Raderus, Tirolensis</i>	182.183	<i>Ludonicus, Valentinus*</i> 201
<i>Matthias Mayrhoenius, Monachien.</i>	183	<i>Maturus, Aruernus</i> 201
<i>Matthias Putzius, Marcodur.</i>	183	<i>Michaël, Coloniensis</i> 201.202
<i>Melchior Cerdà, Cipontanus Hisp.</i>	183	<i>Morales, Hispanus</i> 203
<i>Michaël Cardaneus, Saxo</i>	184	<i>Ribadineira, Tolet.</i> 225.226.227.228
<i>Michaël Coiffardus, Aruern.</i>	184	<i>Rozierius, Auenionen.</i> 203
<i>Michael Eiselinus, Germ.</i>	185	<i>Sanctius, Hispanus</i> 203
<i>Michael Fernandez, Tolet.</i>	185	<i>Scarga, Polonus</i> 204.205
<i>Mucius Angelus, Spoletinus.</i>	185	<i>Tyrans, Noniensis</i> 206.207
<i>{ Boonartius, Bruxell.</i>	186	<i>Silvius, Belga</i> 207
<i>Causinus, Trecensis.</i>	186	<i>Vargas, Hisp.</i> 207
<i>Godignus, Lusit.</i>	186	<i>Philippus Swenzelius, Brugen.</i> 207
<i>Herardus, Gallus</i>	187	<i>Prospfer Malanolta, Ferrarien.</i> 208
<i>Nicolaus</i> <i>{ Serarius, Lotharing.</i>	187.188	<i>Raphael Riera, Barcinonen.</i> 208
<i>Orlandinus, Florent.</i>	188	<i>Richardus Esius, Belga</i> 208
<i>Pimenta, Lusit.</i>	189	<i>Richardus Gibbonus, Anglus</i> 208
<i>Sufius, Brugenfis, Belga</i>	189	<i>Robertus Bellarminus, Politianus</i> 209.210.211
<i>Trigaultius, Duacenas</i>	189	<i>Robertus Personius, Anglus</i> 211.212
<i>Odo Malcotius, Bruxell.*</i>	app.	<i>Robertus Sotuellus, Angl.</i> 213
<i>Paulus Comitolus, Perusinus</i>	189	<i>Sebastianus Barradas, Olyffpon.</i> 213
<i>Paulus Offeius, Germ.</i>	190	<i>Sebast. Beretarius, Florent.</i> 213
<i>{ Allagona, Siculus</i>	190	<i>Sebast. Contus, Lusit. *</i> 213
<i>Burgundus, Gallus*</i>	191	<i>Sebast. Heissius, Augustanus</i> 214
<i>Busaeus, Noniomag.</i>	191	<i>Sigismundus Ernhoffer, Monach.</i> 214
<i>Canifius, Noniomag.</i>	191.192.193.	<i>Simon Niconius, Polonus</i> 214
<i>194.195</i>		<i>Simon Vifochius, Roxol.</i> 214
<i>Petrus</i> <i>{ Chirinus, Beticus*</i>	195	<i>Stanislaus Groditius, Posnanienfis</i> 215
<i>Cottonus, Foresianus</i>	196	<i>Stanislaus Varscheinicus, Pol.</i> 215.216
<i>Fonseca, Vicensis</i>	197.198	<i>{ de Auila, Abulensis</i> 216.217
<i>Gusmanus, Abulensis</i>	198	<i>Guzonus, Dolanus</i> 217
<i>du Iarric, Tolos.*</i>	198	<i>Tuccius, Siculus</i> 217.218
<i>Iustinellus, Brixiianus*</i>	app.	<i>Theobaldus N., Germanus</i> 218
		<i>Theo-</i>

<i>Theodorus Peltanus, Belga</i>	218.	219.	220
<i>Sailius, Bruxell.</i>			221
<i>Thomas</i> { <i>Sanctius, Cordub.</i>	221.	222	
<i>de Villacaston, Pincianus*</i>		222	
<i>Turnnonense Collegium*</i>		222	
<i>Valentinus Gerardus, Gallus</i>		223	
<i>Valerius Reginaldus, Burgun.*</i>		223	
<i>Vencislans Sturmius, Bohemus</i>		223	
<i>Vincentius Brunus, Arimipensis</i>	223.	224	
<i>Vincentius Regius, Italus*</i>		224	
<i>Virgilinus Ceparius, Perusinus*</i>		224	
<i>Vitalis Teronus, Vasco*</i>		224	
<i>Zacharias Roth, Flander</i>		225	



P E T.

PET. RIBADENEIRÆ
SCRIPTORVM
RELIGIONIS
SOCIETATIS IESV
CATALOGVS.



EATVS PATER IGNATIVS
LOYOLA, Patens atque in-
stitutor ordinis Clericorum
Regularium *Societatis Iesv*,
natione Hispanus, patria Cantaber (cu-
ius vitam admirandam quinque libris
complexi sumus) libellum *Exercitiorum*
spiritualium scripsit, magnitudine exi-
guum, fructu verò maximum; qui ad-
uersus graues multorum oppugnatio-
nes inuictus semper stetit, semper sta-
bit, auctoritate sacrosanctæ Sedis Apo-
stolicæ atque approbatione munitus.
Scripsit etiam librum *Constitutionum*, de-

A

ccm

cem in partes distributum, in quo leges dat Societati, & absolutissimam gubernationis formam præscribit, tanto spiritu, tanta sententiarum grauitate, verborum pondere, ordine, comprehensione, ut non humana doctrina, sed diuinitus infusa videatur. Scripsit præterea *Epistolam De Religiosa obedientia*, ad Lusitaniae Socios ac filios, tam perfectam & omnibus expletam numeris, ut omnium præceptionum instar sit, quæ de obedientia traduntur. Alteram item *Epistolam* datam III. Nonas Martij, an. M.D.XLVII. *De Religiosa perfectione* ad eosdem Lusitanos, Latinè editam cum Epistolis Prepositorum Generalium. Obiit vir sanctissimus Romæ, pridie Kal. Augusti, anno salutis M. D. LVI. ætatis L XV. confirmati à Sede Apostolica Ordinis XVI.

Achil-

A.

ACHILLES GALLIARDVS natione Italus, patria Patauinus, vnâ cum Lechetto & Ludouico germanis fratribus, maximus ipse natu, ad vexillum CHRISTI conuolauit, nostramque SOCIETATEM ingressus est anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimo, cum ætate, nobilitate, Humaharum litterarum cognitione floreret, & in Academia Paraui- na magnam sui expectationem excitasset : grauiores deinceps disciplinas, Philosophicas nim̄ ruim, & Diuinias excoluit, atque etiam explicauit nostro in Romanò Collegio, acutè ac pereruditè; insignisque & Philosophus & Theologus est habitus. Tum Româ Superiorum iusti primū Patauium, deinde Mediolanum commigravit, utrobique sacram Theologiam interpretius est: postremò Collegia multa, & domos Professorum Mediolanensem ac Venetam, laudabiliter administravit. Scripsit

Catechismum I. alicè, hortatu B. Caroli Borromæi Cardinalis Tit. sanctæ Praxedis Mediolanensis Archiepiscopi. Scripsit etiam Latinè, at non edidit, librum

De disciplina hominis interioris, in quo & Iustificationem hominis à peccato, & tentationes, atque militiam iustorum, & progressum in gratia, & habituum malorum ex irrationem, & mortificacionem vitiosorum affectuum diligenter persequitur: quæ omnia ad *Viam purgatiuam*. Præterea: omnium virtutum tractationem complectitur, quæ ad *Viam illuminatiuam*: denique illa etiam exactè explicat, quæ *Via*, ut dicitur, *vnitina seu mystica* propria sunt.

ADAMVS TANERVVS, natione Germanus, patria Oenipontanus, qui Theologiam in Academia Ingolstadiensi profitetur. Scriptit,

De verbo Dei scripto & non scripto, &c., De Indice controvèrsiarum fidei.

De bonorum operum necessitate, vilitate, & meritis.

Relationem compendiariam de initio, processu & fine colloquij Ratisponensis, habiti anno sal. M.DC.II. inter Catholicos Theologos, & Ministros hæreticos, oppositam vanis rumoribus, qui de hac ipsa re, opera & studio hæreticorum passim in vulgus sparsi sunt. Item,

Aduersus Egidij Hunni calumnias. &c.,

Defensionem Ecclesiastica libertatis, contra Venetæ causæ patronos, duobus libris comprehensam.

ADRIANVS ADRIANI, natione Belga, patria Antuerpiensis, vir valde religiosus ac pius, qui Louanij antequam Societas haberet Collegium, nostrorum curam per multos annos administrait, & sancte vitam finiuit ipso festo S. Lucæ, anno M. D. LXXXI. torius Academæ Louaniensis humeris elatus. Scriptit Flandricè,

In orationem Dominicam, & libellum pium qui Mons spiritualis appellatur.

Item tres tractatus omnibus Ecclesiasticis & secularibus perutiles, quorum primus est *De vita attina*, secundus *De bonis temporalibus*, & ipso corpore mortali hominis, tertius *De operibus misericordia*. Item libellum

De confessione. &c.

De inspiratione seu interna locutione Dei. Qui duo Latinè, interprete G. Brunesio, Coloniae exierunt.

De origine & progressu vita monastica.

De obedientia, & quomodo subditus se gerere debat erga Prælatum, & Prælatus erga subditum.

De paupertate Evangelica.

De semel in anno, sibi, & quotidie communicando, & de meritoria abstinentia à sacra Communione.

ADRIANVS BRVNVS, natione Gallus, patria Picardus, diœcesis Ambianensis, scriptit,

In honorem Sanctorum varios hymnos & odas. Item,

Relaxationem spiritus, rhythmis Gallicis in gratiam castæ poëseos studiosorum, & iuuentutis Catechismo informandæ.

ADRIANVS IVNGIVS, natione Polonus, patria Plonsensis, florente adhuc ætate, anno salutis M. D. LXXII. mundo nuntium remisit, & nostræ se Societati addixit, in qua cum pietate suique victoria egregiam eruditionem coniunxit. est enim hellio librorum, & in legendò scribendoque assiduus, & concionandi peritus artifex. Scriptit haec tenus,

Artes & imposturas noui Evangelij Magistrorum.

*Confutationem Epistola Ioannis Capit Pseudomini-stri, primum Lutherani, deinde Picarditæ seu Caluiniani, ac demum Anabaptistæ Samosateniani, in qua potissimum *De transubstantiatione panis & vi- ni in Eucharistia sacramento & adoratione*, doctrina Catholica propugnatur, & vsus huius Sacramenti sub vna specie defenditur.*

Refutationem libelli aduersus Ministromachiam Stanislai Resej, à quodam Guilielmo Oximeni scripti.

Synopsis noui Evangelij, seu doctrinam, de moribus, fructibus, characteribus, & horrendis atque implacabilibus dissidiis Sectariorum huius temporis lib. III. & hæc quidem Latinè. Polonicè vero :

Quinquaginta duarum quæstionum à Pseudeuan gelicus ministris in Polonia Iesuitus propositurum Analyſin, seu resolutionem in duas partes vel libros diſtinctam; in quorum priore centum quinquaginta sex luculenta illorum in eisdem quæſtionibus mendacia, in posteriore antiquitas Catholicæ religionis demonstratur. Huic operi accessit *Refutatio libelli cuiusdam Calviniani aduersus sacras imagines*.

ADRIANVS MANGOVVS, natione Beiga, Goudæ (quod est Hollandie oppidum) natus anno M. D. LIV. Louanij annis X. Philosophia & Theologiae operam dedit in Collegio Clariss. Praefidis Viglij Zuichemi, ibique primum gradum in Theologia adeptus, aliquot annis pastorali munere functus est: sed ſæculum ut fugeret, Societatem Iesv ingreditur anno M. D. LXXXV. Kal. Octobris. Edidit *Monita sacra libris tribus*, è Sacris litteris & SS. Patribus potissimum collecta, in celebri Academia Louaniensi Sodalibus Deiparæ Virginis dicta.

ADRIANVS DE WITTE, alias CANDIDVS, natione Belga, patria Antuerpiensis, vir non minus re quam nomine candidus, & cum aliis omnibus virtutibus ornatus, tum maximè morum suavitate amabilis. Scriptor,

Libellum qui inscribitur *Traiectus in calum*, seu, *Spirituale iucundum monasteriolum*, quem P. Adrianus Adriani post mortem Auctoris euulgauit.

ÆGIDIUS GONZALEZ DAVILA, natione Hispanus, patria Toletanus, in opido Burojon natus est anno salutis M.D.XXXII. Eius mater cum Ægidium gestaret, vifa ſibi videre est ex vtero ſuo lucis radios erumpere, & circumquaque diffundi: quod cum marito

márito retulifset, ille, qui insignis erat Medicus & Astrologus, filium quem partitura erat, multorum filiorum patrem fore prædictit, idque rei probauit euentus. Adolescens enim imberbis adhuc, & decem atq; octo dumtaxat annorum, cùm litteris nauaret operam Compluti, Societati se nostræ dedicauit, anno salutis M.D.LI. in qua vixit laudabiliter, usque ad annum M. D. X C V I. ineuntem, quo vixit dum sexagesimum quartum ætatis ingressus, nostræ mortalitatis exuuium Madriti reliquit xv, Ianuarij, non sine magno nostrorum atque alienorum dolore. Fuit enim vir, in quo nescias quid primùm admirere, ingeniumne, an morum suavitatem; eruditio nem, an vita sanctimoniam; prudentiam in gubernando, an modestiam atque affabilitatem; asperitatem in ſe pœnitentię, an consuetudinis cum aliis iucunditatem. Sed cùm ingenuis artibus omnibus excultus effet Ægidius, tum verò excellenti Antiquitatis obſeruatione ac memoria poilebat. Religionum omnium sacrarum Regulas, Statuta, Constitutiones perlegerat, & habebat in oromptu: Concilia omnia memoria tenebat: ſacra ſummorum Pontificum Decrea ad vnguem nouerat: exquisitas ac minimè vulgares Patrum ſententias cum paucis callebat, eorumque volumina diurna nocturnaque manu versabat, ſi quando à grauioribus occupationibus effet otiosus. quod raro ei contigit; nam vix à carceribus ad studiorum metam peruenetar, cùm obedientia iuſſu coactus est ſtudia intermittere, & gubernandi in ſe onus fufcipere. In prouinciis enim Castellæ, Toleti, Bæticæ, atque Aragoniæ, tum Prouincialis tum Visitatoris munere functus est: Aſſistantis etiam apud P. Euerardum Mercurianum

Præpositum Generalem: ad quod genus officij absens electus est ab vniuersa Congregatione generali, cùm captus ÆGIDIUS ab hereticis in Gallia teneatur; in quoru manus ac furorem Romanum ad Congregationem generalem proficisciens inciderat, & tam grauiter fuerat vulneratus, vt parum abesseret ab extreimo periculo. Atq; vt paucis multa dicam, plurimum ÆGIDIUS religio, industria, doctrina, ac prudenter, ad conseruationem atque propagationem contulit Societatis. Scripsit, sed non edidit,

Praeclaras *In librum Exercitorum spiritualium*.
B. P. nostri IGNATII Annotationes.

Item *Explicationes nostrarum Regularum validæ eruditæ & religiosæ.*

Instituti Societatis tuæ declarationem tum confirmationem.

Concilia generalia omnia exactè in Locos communnes redegit.

ÆGIDIUS SCHONDONCHVS, natione Belga, patria Brugensis, Duacensi in Academia publicè professus, Rector Collegij Anglorum Societatis I E S V Audomatorpoli, vertit studiorū Antuerpiæ prefectus,

Sicam Tragicam soluta numeris oratione, ex Apologia P. Franc. Colteri aduersus calumnias Lugdunensis Batauorum in Societatem.

Meditatur opus ingens, magna'que expectatio-
nis, *Admirandorum facili unius.*

ALEXANDER GEORGIVS, natione Gallus, diœcesis Rhemensis, anno M. D. XCIIII. scripsit

Tractatum de signo crucis, quod eo tempore in Galliis passim in linteis, & sacris & communibus, extraordinariè apparuit. Vir est multa pietate, religione, ac prudenter; qui & Collegij nostri Parisiensis, & Professæ domus habendas dñi rexit, &

Prouin-

Prouinciam Aquitanicā laudabiliter administrait.

ALEXANDER GERARDINVS, natione Italus, patria Mediolanensis, qui concionando & gubernando vitam dicit, *Orationem in laudem S. Hyacinthi*, Vercellis in templo Prædicatorum Italicè dixit, que & edita est.

ALEXANDER VALIGNANVS, natione Italus, patria Teramnensis, insigni corporis proceritate, ætate florens, Iurisprudentiæ scientia instruetus, Cardinalis Altemps Auditor, Societatem nostram expetiuit Romæ, anno salutis M. D. LXVI. in eamque à P. Francisco Borgia Præposito Generali (me præsente) magnis precibus se admitti postulauit. Admissus est, probatus, & ad nostrum institutum conformatus, ac Theologicis litteris excultus, anno nostræ salutis M.D. LXXIIII. à P. Euerardo Mercuriano (qui in Generalatu P. Francisco Borgia successerat) in orientis solis Indiam missus est, vt Visitatoris munus in remotissimis illis Prouinciis obiret: vbi ad extremū usque vitæ diem perseverauit, magna nostrorū utilitate, populorū admiratione ac fructu, & Christianæ fidei propagatione. Perlustrauit namque Iaponenses Insulas, Chinam attigit; & totum illum longissimæ nauigationis tractum, qui inter Goam & Malacam interiacet, & Visitator & Præpositus Prouincialis sæpenumerò peragravit. Scripsit

Praeclaros *Commentarios ad Iaponios, ceterasq; India nationes Christianæ fidei mysteriis iambuendas.*

Item *Apologiam pro Societate IESV.*

ALOISIVS ODESCALCVS, natione Italus, patria Comensis, à prima adolescentia Societatem complexus, mirè profecit, cùm in reliquis disciplinis, tum maximè in Philosophia; quam Romæ multos

annos magna cum laude professus est. Missus deinde in Transiluaniam , Sigismundum Battoreum Principis filium , Stephani Poloniae Regis patrui rogatu diligenter erudit: sed ab inclemencia celi morbum contraxit , quo brachiorum & pedum vnu ferè amissio , reportatus est in Italiam , Patauique substitit: vbi singularem in morbis patientiam nostris, & eximiam in magno ingenio doctrinaq; modestiam patefecit. Studiosæ Patauinæ iuuentuti, in morbi dolorumque intermissionibus , scholas habuit extraordinarias , de singularibus Mathematicorum difficultatibus,in Gymnasij Cathedram Sociorum brachis delatus : mirantibus auditoribus, qui frequentes accurrebant, & ingenij vim, & cupiditatem de omnibus benemerendi. Profectus denique Puteolos hortatu Medicorum ad aquas sulphureas , paulo post Neapoli sanctè vitam cum morte commutauit. Reliquit præclarum opus (quod à peritis magno in pretio habetur) ac summo studio ex omnibus Græcis Philosophis , atque Aristotelis Interpretibus collegit , atque ex illis doctrinam Peripateticam eruit, auxit, illustravit. Quod tamen morte impeditus Aloisius expolite non potuit.

ALPHONSVS AVILA , natione Hispanus , patria Bellomontanus edidit Concionum hiemalium & aestivalium Tomos duos, Antuerpiæ euulgatos.

ALPHONSVS DEZA , natione Hispanus , patria Complutensis, Theologorum Scholasticorum nostro seculo lumen : cum summa apud omnes esset expectatione , multaque excellentis ingenij in Academia Complutensi dedit set argumēta, spes omnes seculi abruptit, & herentis (vt D. Hieronymi verbis vtar) in falo nanius funem magis praecidit quam soluit,

solut, sequē totum in securissimum Religionis portum intulit , nosterque factus est, anno salutis M. D. LVI 11. Porro eadem in Complutensi Academia, viginti & eo amplius annos sacram Theologiam professus est : ac D. Thomam Aquinatem explanauit, tanto ingenio , iudicio , perspicuitate , argumentorum pondere, vt omnium sapientium sententiā nulli Theologorum secundus videretur. Erat enim Dī ui Thomæ sententiæ curiosus indagator, illustris interpres, acerrimus propugnator. Sed in ALPHONSO DEZA tam excellens eminebat Religio, tanta se efferebat atque omnes in partes effundebat virtus, vt in illo cum summo ingenio perfecta humilitas, cum perspicacissimo intellectu incēsus certaret affectus; cum singulari doctrina admirabilis obedientia , & cum exquisita prudentia coniuncta esset sancta columba simplicitas. Denique cum illum omnes suspicerent, laudarent, in oculis ferrent ; ipse solus se despiciebat, pro nihilo reputabat, omnium se pedibus subiiciebat. Quocircà & viuus tamquam doctrinæ & vita magister ab omnibus, etiam Magistris & Præceptoribus , habitus atque cultus est ; & mortuus , ceu parens quidam defletus ab vniuersa Academia Complutensi, anno salutis M. D. LXXXIX. quo vitam cum morte commutauit. Obiit xxii 11. Januarij Toleti, cùm Professæ domus nostræ gubernationem Præpositus sustineret, ac prudenter administraret , annum sexagesimum nondum ingressus. Quem in Catalogo nostrorum Scriptorum pono; quoniam , et si eius scripta nondum exierunt in lucem, multos tamen reliquit discipulos & scriptores, qui campos suos ex illius fontibus irrigarunt ; & ab ALPHONSO DEZA sapienter tradita , luculenter ipsi atque

atque eleganter posteritati commendarunt. Extant ex DEZÆ Latina interpretatione Francisci Borgiæ Gandiæ Ducis pia opuscula.

ALPHONSVS MONTOYA, nations Hispanus, patria Ocaniensis, diœcesis Toletanae, annos natus viginti, Compluti Societatem nostram expetiuit, & admissus est xiv. mensis Maij , anno salutis m. d. LVI . Qui postquam ad nostri instituti normam fuit eruditus , & omnibus disciplinis Theologo dignis expolitus, Burgis Logicam Philosophiamque Aristotelis professus est. Vir fuit per omnia moderatus atque excellēter doctus, sed in ea potissimum Theologiae parte, quæ in cōsultatione de moribus, & conscientiæ quæstionibus extricandis versatur , quam & Murciæ & Madriti cum laude docuit. Qui postquam Collegiorum Placentini & Complutensis Rectoris munus obierat, Præpositus prouincie Castellæ factus Vice-prouincialis, in Collegio Salmanticensi sanctè animam Deo reddidit, anno salutis m. d. xc. ætatis verò LIV . Reliquit,

De votis Societatis insignem tractatum, in quo & Religiosorum votorum naturam enucleatè aperit, & contraria argumenta acutè refellit.

ALPHONSVS PISANVS, natione Hispanus, patria Toletanus , Philosophicis disciplinis excultus , ac Medicinæ sciens, nostrā complexus est Societatem. Postea verò Romam anno salutis m. d. LIII . venit, vbi Aristotelem præclarè est interpretatus : inde in Germaniam missus, in Ingolstadiensi ac Dillingensi Academiis sacram Theologiam docuit ; & in Poloniā profectus est, vbi strenuam operam Catholica Ecclesiæ nauans, aduersus nouatores hereticos, illam labefactare conantes. Scriptis,

Acta & Canones sacrosancti primi Oecumenici Concilij Nicenii , appositis sanctorum Patrum testimoniis , ad eorumdém Canonum commendationem & interpretationem pertinentibus; addita etiam response ad Capita Humonis Chies.

Scriptis præterea *De continentia ac calibata Apostolico, de Ieiunio* etiam ; varios item atque eruditos *Traictatus de quæstionibus fidei controversis*, quos ex suis lectionibus colligit, & tamquam Theses qualdam auditoribus disputandas proposuit.

Tandem legendi scribendique laboribus confetus , in senectute bona translatus est ad meliorem vitam, anno salutis m. d. XCVII .

ALPHONSVS RODRIGO QYZ , natione Hispanus, patria Pintianus, seu Vallisoletanus, aliquorū Collegiorum Rector fuit, & propter singularem vitæ integritatem, industriam, ac prudentiam, Magister Nouitorum in Bætica prouincia , quos non magis sanctis institutionibus quam virtutum exemplis ad omnem perfectionem conformauit. Scriptis

Tomos tres *Rerum spiritualium*, cum omnibus qui in virtute proficere cupiunt, tum verò Religiosis hominibus maximè utiles.

ALPHONSVS SALMERON, natione Hispanus, patria Toletanus , à puero ad extremam senectutem omnem in litteris ætatem consumpsit. In Complutensi Academia parvulus Latinam Græcamque linguas exactè didicit : inde in Academiam Parisiensem profectus, Philosophicas ac Theologicas disciplinas diligenter excoluit ; omniumque Sociorum natu minimus, sese ad B. P. nostrum IGNATIVM socium adiunxit. Postea verò ætate iam confirmatus, ac rerum cognitione auctus , vitæ suæ cursum felicissimum

cissimè tenuit. Maximas atque celeberrimas totius Italiæ ciuitates concionibus ac sacris lectionibus illustravit; plurimas ac laboriosas peregrinationes Dœi causa suscepit. In superiorē & inferiorē Germaniam, in Poloniam item, & Galliam à summis Pontificibus missus est: in Hibernia eriam Nuntij Apostolici munere functus. Synodo Tridentinę sub Paulo III. sub Iulio item IIII. ac sub Pio IV. Sedis Apostolice nomine interfuit, in qua & *Orationem* habuit de sancto Ioanne Evangelista pereruditam, & ut illorum Pontificum Theologus, maxima cum eruditioris opinione, & audientium admiratione, sententias dixit. Hæreticorū perpetuus hostis, quos disputationibus, lectionibus, ac scriptis semper exagitauit ac fregit; Catholicę fidei vbiique propugnator acerrimus. Postremo, cùm viribus exhaustus voce non posset, stylo Dei Ecclesiæ prodeesse non destitit, seleq; totum ad scribendum contulit; Collegiumque Neapolitanum ad eam rem elegit, quod ipse fundauerat, auxerat, ornauerat; & nobilissimam ciuitatem Neapolitanam, scintillis errorum sensim hæreticorum fraude excitatis, eiusque operā oppres- sis atque extinctis, imminentis pestis calamitate ac periculo liberauerat, illamq; Societatis Provinciam primus Praepositus Provincialis administrauerat. Obiit NeapoIi sapientissimus Pater, magno totius ciuitatis mœiore, Idib. Februarij, anno a Christo nato M. D. LXXXV. Vixit annos LXI. menses quinque, dies quinque, vt in eius vita diximus: quam breuiter perstrinximus, & cum vita P. Iacobi Laynez secundi Praepositi Generalis coniunximus, Latinamque fecit And. Schottus. Scriptit,

In Euangelia Tomos undecim, quorum diuisio est:

Prole-

- Prolegomenon in uniuersam Scripturam.* Tom. I.
 - De incarnatione Verbi.* Tom. I.
 - De infantia & pueritia Christi.* Tom. I.
 - De Historia Euangelica.* Tom. I.
 - De sermone Domini in monte.* Tom. I.
 - De Christi miraculis.* Tom. I.
 - De Parabolis.* Tom. I.
 - De disputationibus Domini.* Tom. I.
 - De Sacra sancta Eucaristia & sermone Domini in cena.* Tom. I.
 - De Passione & morte Domini.* Tom. I.
 - De Resurrectione & Ascensione Domini.* Tom. I.
 - Item *Commentariorum in Acta Apostolorum.*
Tom. I.
 - Prolegomenon in Epistolas Pauli, & Commentario- rum in Epistolam ad Rom.* Tom. I.
 - In viramque Epistolam ad Corinth. & in Epist. ad Galatas, Ephes. Philipp. Coloss. Thessal.* Tom. I.
 - In viramque Epistolam ad Timotheum, ad Titum, & Philemonem, & in Epist. ad Hebreos.* Tom. I.
 - In septem Epistolas Canonicas.* Tom. I.
 - Præterea *Praludia in Apocalypsim.*
 - Epistolas ad diuersos multas & varias.*
- Hæc omnia in x v I. Tomos distributa typis man- data sunt Mantua Carpetanorum, prælo Ludouici Sanchez, finisque impositus anno salutis M. DC. II. & Coloniæ typis Gymnici M. DC. IV.

Præter hæc scripsit P. Alphonsus Salmeron in *Decem priora capita lib. Genesios*, & multa alia con- trouersa contra hæreticos, sed præcipue *De indul- gentiis*, & *De Purgatorio*. quæ tamen in lucem non- dum prodierunt.

ALVARVS LYPVS natione Lusitanus, patria ex oppi-

oppido Villareal, Orator eximius, Poëta excellens, & qui multos annos erudiendæ iuuentuti, & ad humanitatem informandæ impedit, quique Artium quem vocant cursum confecit in Eborense Academia. Scripsit *Historiam Provincia Lusitanæ nostra Societatis*: quam pertexuit, & ad finem perduxit, & Conimbricæ reliquo mortalitatis ergastulo ad feliciorum vitam transiuit anno salutis M. D. VIII.

ANDREAS EVDÆMO IOANNIS, natione Græcus, patria Cydonius, Romæ Philosophiam, & Patavij Theologiam publicè professus est, lingue vtriusque iuxta peritus, ac Theologus egregius, summa & ingenij acritonia & iudicij præstata prædictus, edidit,

De Antichristo lib. III. contra Robertum Abbatem Anglum.

Gastigationem Lamberti Danai, Caluiniani Ministri, pro Bellarmini Card. Controversis.

Apologiam pro Henrico Garneto Anglo.

Parallelum torti ac tortoris.

ANDREAS FRVSIVS, natione Gallus, patria Carnutensis, cùm matura iam esset ætate, atque encyclopædiam siue omnium disciplinarum orbem absoluisset, Romæ anno salutis M. D. XL. Societatem nostram amplexus est. Vir fuit non minùs vita probata, quām doctrinæ laude spectatissimus, Latīnæ, Græcæ, atque Hebraicæ linguae peritissimus, Medicinæ, Iuris prudentiæ, Theologiæ cognitione insignis, Mathematicis scientiis instructus, præstans Musicius, præclarus Orator, Poëta summus: versus ex tempore fundebat elegantes, doctos ac peracutos, de quocumque proposito argumento; multaque succisiuſ horis, velut aliud agens, oratione astricta numeris composuit, in quibus maximum eluet inge-

ingenium, & mita eruditio. In iis *Echo* est bene prolixa, ac supra mille versuum, *De Ecclesia calamitatibus* admiranda. Edidit,

Theses collectas ex interpretatione libri Genesios, quem Romæ exposuit in Collegio Societatis IESV.

Affectiones item Theologicas tum ad primam partem D. Thomæ Aquinatis spectantes, tum vero ad omnes libros veteris ac noui Testamenti.

Prodierunt etiam in lucem, arguta & docta eius in hæreticos *Epigrammata*, typis excusa Coloniae apud Gedofridum Campensem anno salutis M. D. LXXXII. & apud Ioach. Trognæsum Antuerpiæ, Lugduni quoque & Turnonij, vbi adiunctus eius est Tractatus *De Simplicitate*, ad P. Paschasium Brœnum, simplicitatis Christianæ amantissimum.

De copia item verborum & rerum versibus scripsit, tacito tamen nomine. Carmen item Elegiacum De Agno Dei. Multa ex Græca lingua in Latinam transtulit. Poëtas nonnullos Ethnicoſ lasciuos, in his Martiale repurgauit, vt legi ab adolescentibus sine noxa posint. Multorum Collegiorum Rector fuit, denique anno salutis M. D. LXI. è carnis mortalis ergastulo ad cælestem patriam commigravit, Romæ.

ANDREAS MODESTINVS, natione Bohemus, è Polonica lingua verit Bohemicè, atque edidit

Poſtillam Euangeliorum Iacobi Vieci.

ANDREAS SCHOTTVS, natione Belga, domo Antuerpia, natus anno salutis M. D. LIII. ætatis XXXII. sacris iam Cæsaraugustæ initiatus, decursoque studiorum spatiis, Artium magister, & lustratis Academiis, Louaniensi, Parisiensi, Complutensi,

ac Salmantina, Societati nostræ adscribi postulauit, voti reus pro salute patriæ concepti; ingressusq; postridie Non. Aprilis, ipso Paschatis festo, anno Verbi incarnati m. d. LXXXVI. ex ædibus Antonij Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, qui in sequenti mensa extremo vita decevens, in beatorum sedes commigravit. SCHOTTVS iam Toleti triennio Græcas litteras professus erat, hinc Cæsaraugustam honoris gratia euocatur, posteà Tarraconem: tirocinium, sæculo valere iussò, posuit Cæsaraugustæ, ac Valentia Edetanorum sacra studia tractauit, docuitque Socios Gaudiæ ac Romæ triennium post Franc. Bencium. Scriptis hactenus,

Commentarium in Auctorem de Viris illustribus urbis Roma.

Notas in Aurelium Victorem, à se erutum, eiusque Epitomen.

In Corn. Nepotem, seu Æmilium Probum De Gracia Imperatoribus.

In Pomponium Melam De situ orbis.

Procli Chrestomathiam de Poëtica, è Græco Latinam fecit, ac Scholiis illustravit.

Photij item Constantinopolitani Bibliothecam Latinè reddidit, Scholiisque perpetuis illustravit.

Vitas comparatas Aristotelis ac Demosthenis, per Olympiadas ac Prætores conscripsit.

Vitam item Iacobi Laynez, ac Franc. Borgiæ, Generalium Societatis Præpositorum, ex Hispanicis P. Ribadeneiræ Latinè dedit.

Laudationem funebrem in obitum Ant. Augustini V. Cl. Archiepisc. Tarraconi.

Notas item ubiores in Seneca Rhetoris Suasorius & Controversias, expletis Græcis lacunis.

Tullia-

Tullianarum Questionum de instauranda Ciceronis imitatione libros IV.

Nodos Ciceronis, Variorumque, libris IIII. endatos.

Bibliothecam Hispaniæ.

Italia & Hispanie illustrata, seu Rerum Italicarum & Hispánicarum Scriptores Tomis V. in quibus & Isidorum de Ecclesiasticis Scriptoribus aliosque illustrat.

Prouerbia seu Adagia Gracorum, ex Zenobio, Diogeniano hactenus inedito, & Suidæ & Hefychij Collectaneis, Græcè & Latinè, cum Scholiis parallelis, typis Plantinianorum.

Editioni adornat, Divinarum & Humanarum Observationum libros X. De sacris & profanis antiquis in dubium renovatis.

B. Ennodi Ticinensis Episcopi Opera sacra recens Tornaci edolauit, & Claudij Mamerii libros III. de statu Animæ.

ANNIBAL CODRETTVS, natione Allobroxi, siue Sabaudus, anno, ni fallor, salutis m. d. XLVI. Patauij (vbi ego illum cognoui) dum arti Medicæ operam daret, Societati le nostræ addixit: posteà humaniores litteras (quarum cognitione excelluit) multis in Collegiis nostris laudabiliter docuit. Praefuit Turnoniarum Academiarum Rector, & Collegio Lugdunensi primus, anno m. d. LXV. Prouincialis præterea Aquitaniarum Prouinciarum factus, multum laboris atque opera posuit in tuenda conseruandaque Catholicâ religione. Scriptis

Grammaticas institutiones: & extate in senectudem præcipitata, obiit in Domino, Auenione XIX. Septembr. anno m. d. XCIX.

ANNIBAL FIRMANVS, natione Italus, patria Farnensis, vir iam maturus institutum nostrum secutus est: & quamuis aduersa valetudine semper conflictatus; aliquorum Collegiorum tamen Rector fuit; & scriptis Italicè,

De incunditate anime opus elegans, & alterum ad Vrbinatem Ducem, De vera animi magnitudine.

ANTONIVS D' AVEROVLT, natione Belga, agri Atrebatensis, sacris iam initiatus, decursisque studiorum spatiis, Societati aggregari exoptauit: votique compos, scriptis Gallicè primùm,

Catechismum historicum, seu, vt ipse vocat, Flores exemplorum Christianæ doctrinae accommodatos, ex sanctis Patribus, Ecclesiasticaque historia, Tomis 11. Duaci & Parisiis editos, meditaturque nunc Duaci Latinè euulgare.

ANTONIVS BARNADOS, natione Italus, patria Genuensis, qui multos annos cum approbatione concionatus est, & gubernauit. Dixit Italicè Orationem ad Senatum Genuensem, *De concordia ciuium: quæ, quia placuit, ab aliis edita est an. M.DC.V.*

ANTONIVS CARVALIVS, natione Lusitanus, patria Olisipponensis, politioribus litteris apprimè excultus, atque eloquentiae arte ornatus, quam auditoribus explicauit, & Philosophicas disciplinas, & denique Conimbricæ Eboræaque sacram Theologiam tradidit, & primam Cathedram docendo tenuit. De superiore etiam loco verba ad populum fecit, & in numero egregiorū Concionatorum numeratus est, & cum laude & fructu auditus. Obiit religiosus atque eruditus Pater Conimbricæ.

Scriptis pæclaros *Commentarios in primam secundæ D. Thoma.*

ANTO-

ANTONIVS CORDESES, natione Hispanus, patria Catalanus, ex oppido Olet, dioecesis Gerundensis, anno salutis M. D. XLIV. ætatis verò xxvi. ad Societatem admisus est, in qua Philosophicas disciplinas, & Theologicas didicit, & professus est. Octo & quinquaginta annos in ea vixit, singulari omnium virtutum exemplo, eximia in Deum pietate, & in proximos benignitate. Erat enim vir si quis alius orationis dono præstans, mitis, suavis, lenis, tranquillæ mentis, & eodem semper tenore ac vultu. Quadraginta ferè annos superioris partes egit, fuitque Gandiensis, & Conimbricensis Collegij, ac Pœnitentiaria Romanæ Rector, Prouincia Aragonia ac Toletana Præpositus Prouincialis, denique Hispalensis Professæ Domus Præpositus, in qua dierum ac bonorum operum plenus, sanctissimè vita defunctus est x vii. Martij, anno salutis M. CC. I. ætatis LXXXIII. Excessit magna opinione sanctitatis, pestilentia correptus; quædum se neglecto aliorum saluti consulit, contagione hominem consumpsit. Scriptis

Catechismum Valentiæ excusum, & varios De virtutibus Tractatus, qui tarnen nondum exierunt in lucem.

ANTONIVS DE BALINGHEM, natione Belga, patria Audomaropolitanus, conueritus Japonicas & Chinenses Epistolas ex Italico in Gallicum. Item

Vitam B. Aloysij Gonzage, ex eodem idiomate in Gallicum. Et

Stimulum ad confitendum & communicandum, ex eodem sermone. Item

Principem Christianum P. Ribadeneira, Tomis duobus, ex Hispanico.

Tomos duos *Meditationum P. Ludonici de la Puente* Gallicè reddidit.

ANTONIVS FOLCARIVS, ex oppido Sancti Spiritus, quod est in Comitatu Nicæ, prope Prouinciam. Scripsit Italicè,

Vitam Sereniss. Eleonoræ Archiducissæ Austriae, Ducissæ Mantuæ.

ANTONIVS MARIA PARENTVCELLVS, natione Italus, patria Sarzanensis, adolescens Christum nostrum in Societate secutus est: ac postquam bonarum artium cognitione pectus compleuit, ter curriculum Philosophicum docendo confecit, magna nominis celebritate, mortuus est Romæ anno ætatis supra quadragesimum. Reliquit in *Aristotelem Commentaria*, quæ ab eruditis valde probantur.

ANTONIVS PACOTVS Gallus, interpretatus est Gallicè *Symboli declarationes* editas Italicè à Roberto Cardinale Bellarmino.

ANTONIVS POSSEVINVS, natione Italus, patria Mantuanus, ætate maturus, & humanioribus litteris perpolitus, omnibus spretis emolumentis (quæ propter egregium ingenium, linguarum cognitionem, atque hominis industriam, & multa illi & magna proponebantur) Societatem nostram complexus est anno salutis M. D. LX. Postea varias prouincias & regiones perlustravit, multas ac periculosas peregrinationes Religionis causa suscepit: in Galliis permultū hæreticis grassantibus restitit: in Sueciam, Poloniā, Moscouiam, à Summis Pontificibus missus est, magnisque laboribus, magna & difficultia cum summis Principibus negotia Sedis Apostolice nomine transfigit. Scripsit hactenus,

Bibliothecam selectam de ratione studiorum, ad omnes

omnes disciplinas, & ad salutem cunctarum gentium procurandam, XVII. libris comprehensam. Ex hac seorsim editi sunt, *Apparatus Historicus*, & *Cultus ingeniorum*.

Apparatum sacram: in quo de scriptoribus, interpretibus, ac versionibus veteris & noui Testamenti, de Synodis item ac Patribus Græcis ac Latinis agit: & multiplicem variamque eruditionem Ecclesiasticam persequitur.

Notas diuini Verbi & Apostolica Ecclesia, fidei ac faciei, aduersus responsum cuiusdam Davidis Chyträ.

Commentarios Mosconie, seu De rebus Moscoviticis ad Religionem spectantibus: & *Capita quibus Rutheni à Græcis dissentunt*.

De atheismis hereticorum huic faculi.

Iudicium de quatuor Scriptoribus, scilicet de Philippo Nua, Ioanne Bodino, Philippo Mornao, & Nicolao Machianello.

Theologiam Catecheticam ad domesticos fidei instituendos, vbi de pueris, & eorum scholis, ac Catechismum tradendi ratione agitur.

Epistolam ad Stephanum Battorum, Polonię Regem, aduersus Andream Volanum Lituanum hæreticū.

Epistolam de rebus Suecicis, Linonicis, Mosconicis, Polonicis, Transiluanicis.

Orationem habitam in funere Leonora Austriaca, Mantua Dacis.

Vitam & mortem Ludonici Gonzaga, Duci Niuernen sis.

Sermonem habitum Vtinæ in Prouinciali Synodo Aquileiensi. Et hæc quidem Latinè. Italicè verò,

Epistolam De Honore. Item,

De rixa ad concordiam renocanda.

De sanctissimo sacrificio Missæ, à tempore Apostolorum celebrato, & ad consummationem sæculi celebrando, & defensionem eiusdem libelli contra Petrum Viretum, & tres alias hæreticos.

De Actibus Apostolorum, ad Geneuenses, sub nomine Philippi Tolæ.

De processione Spiritus sancti, è Gennadio responsiones.

Reffensionem Regi Septemtrionali, qui in fide Catholica instrui voluit.

Militem Christianum.

Explicationem breuem Euangeliorum totius anni, sub nomine Nicolai Galerij, Coloniae Latinæ, & Brixiae Italicæ excusam. Obiit in Februario, anno cœlo. Ioc. xi.

ANTONIUS RUBRIUS, natione Hispanus, patria Rodensis, adolescens, vnum & viginti annos natus, in Complutensi Academia ex turbulentis huius sæculi fluctibus in nostræ Societatis portum appulsus est, anno salutis M. D. LXIX. Magnum hic acuti ingenij solidique iudicij specimen in studiis præbuit, atque eximios in litteris Philosophicis ac Theologicis processus fecit. Ex quo in Indiam occidentis Solis profectus, in Mexicana ciuitate (quæ totius prouinciarum nouæ Hispaniarum Metropolis & caput est) Philosophicas disciplinas docuit primum, deinde sacram D. Thomæ Theologiam undecim annos docebat et interpretatus. Denique in Hispaniam reuersus, edidit in Aristotelis Logicam Commentarios, & in libros Physicorum, & De generatione, qui quidem hactenus exierunt in lucem: alios parat in reliquos Aristotelis Philosophicos libros,

ANTO-

ANTONIUS TORRES, siue TORRENSIS, natione Hispanus, patria ex oppido Gumiæ, Burgensis diœcesis, annum agens vicesimum secundum, est admissus in Societatem: in qua Philosophicas & Theologicas scientias didicit, & humanas feliciter docuit. Fuit vir præstanti virtute, & vita asperitate insignis. Humi super allèrem diu cubuit: cilicinam vestem, ad populum verba facturus, indebat; animalium zelo ardens, homines rudes atque agrestes libentissime erudiebat; ac bonis operibus plenus, Paupertatæ decessit, anno salutis M. D. XCVI. atatis vero LXII. Scripsit,

Trajectatum admodum pium *De institutione Christiani hominis*, in quinque libros distributum.

ANTONIUS VELLESIVS, natione Lusitanus, patria Portalegrensis. Eboræ studiorum Societatis Praefectus, eruditum euulgauit in *Emmanuelis Alnari Grammaticam Commentarium*, exemplisque è probis auctoribus illustrauit.

ARNOLDVS SAPHORIVS, natione Gallus, patria Bearnensis, in Collegio Parisiensi Philosophie, & sacrae Theologie Professor fuit, vir insigniter doctus. Scripsit,

Opus accuratum *De locis noui Testamenti ab hæreticis nostri temporis corruptis*, sed quod Tolosæ morte præuentus, euulgare non potuit.

Scripsit etiam modum seu viam conuincendi hæreticos ex ratione formalí fidei, cui titulum fecit, *Combinationes aduersus hæreticos*. Obiit doctissimus vir Tolosæ.

AVGVSTINVS IUSTINIANVS, natione Italus, patria Genuensis, Paulo Iustiniano Reipub. Duce natus, adolescens se Romæ dicauit Societati anno

B 5

circi-

circiter M. D. LXVI. Philosophiam XXII. tantum annos natus Mediolani professus est; vbi non laudem modò, sed etiam admirationem habuit. Inde Patauium profectus, Theologiam tradidit aliquot annos, eodem quo Philosophiam euentu. Idem postea præstítit in Collegio Romano, maxima omnium approbatione. Verùm cùm labore docendi vires frangerentur, ex Doctore Rector eiusdem Collegij factus est. Sed post annum, desiderantibus omnibus eius iam spectatam prudentiam, & morum suauitatem, tabe confectus est Neapoli anno M. D. XC. ætatis circiter XL. Fuit in illo eximia memoriæ vis; iudicium memoriae par; ingenij perspicuitas, rerum subtilitati respondebat. Probitas, humanitas, religiosa Regularum obseruantia cum magnitudine doctrinæ erat coniuncta. Reliquit

Ordinem Questionum & Articulorum D. Thome, illustre doctrinæ suæ monumentum, quod in Collegio Romano conseruatur, Typographia dignum.

AVGVSTINVVS VIVALDVVS, natione Italus, patria Genuensis, qui post Philosophiæ professionem, & Collegij Florentini gubernationem, concionibus lustrat Italiam. Scripsit Italicè

Meditationes c. l. quæ totidem P. Hieronymi Natalis imaginibus respondent, & cum illis sunt typis excusæ.

B.

BALTHAZAR ETZELIVS, natione Germanus, patria Bremensis; Societati pridem adscriptus, in Archiepiscopali Moguntino Collegio lingue sanctæ Professor, edidit *Florilegia*, seu Eclogas & Excerpta *Homiliarum* XXXIII. ex Homiliis partim editis,

editis, partim non editis, & ex Commentariis *Benti* *Ioannis Chrysostomi* Archiepisc. Constantinopolitanæ, Græca ac Latina interpretatione adiecta. Sermones sunt sententiaeque selectæ concionibus sane perutiles; quando S. S. Patrum antiquorum dicta recentiorum operibus longè antecellunt.

BALTHAZAR OSTHOVIMVS, natione Bohemus, vir fuit magni consilij animique, rerum Bohemicarum callentissimus, salutis patriæ hominumque cupidissimus, laborum patientissimus. Vertit sua lingua,

Aureum libellum *Vincentij Lirinensis contra prophanas novitates*.

Dialogos S. Gregorij Magni.

Librum item *De imitatione Christi*, sive *De contemptu mundi*.

Epistolas Indicas nostrorum Patrum.

Scripsit etiam librum *De institutione Christiana*, sive *De exhortatione ad virtutem*; sed qui haec tenus lucem nondum aspicerit.

BARTHOLOMÆVS BRAVVS, natione Hispanus, patria ex oppido Martin Muñoz, diocesis Abulensis, decem & octo annos natus, in numerum nostrorum adscriptus est: vir ad humaniores literas docendas, & pietate pueros informandos, aptissimus. Scripsit haec tenus,

De conscribendis epistolis.

De arte Rhetorica.

De Syntaxi.

De Prosodia.

Progymnasmata.

Thesaurum Ciceronis.

Varia Poemata.

Singulari modestia, diligentia, ac dexteritate, Provincie Castellæ seminario præest; & nostris erudendis, & bonis litteris excolendis, vtilē nauat operam.

BARTHOLOMÆVS RICCIUS, natione Italus, patria Castroficardensis, qui & Rector aliquot Collegiorum, & Provincialis Præpositus provincie Siculae fuit. Italico idiomate scripsit,

Institutiones (sic enim vocat) meditandi, tres in partes distributas.

Triumphum Iesu Christi crucifixi, cum iconibus Martyrum omnium, qui post Christum in crucem acti sunt, æri insculptis ab Adr. Collart Antuerpiæ.

Item *De vita Iesu Christi*, ex Euangeliorum contextu, Imaginibus opus insignitum, ad meditandum aptissimum.

BENEDICTVS HERBESTVS, natione Roxolanus, patria Leopolitanus, etate maturus, & quadragesimum agens annum, noster Romæ factus est anno salutis M.D.LXXI. Fuit vir adeò vitæ integritate suspicendus, vt suo exemplo Principein quādam feminam & Palatinam hæreticam ad fidem Catholicam concuerterit, & oculos in se omniū animosq; pellegerit. In missionibus magnam vitæ partem, Verbum Dei disseminando, confessiones peccatorum audiendo, maximo cum fructu consumpsit. Scriptis olim,

Institutiones schola Cracoviensis, apud B. Virginem Cracoviæ.

Explicationes Orationis M. Tullij Ciceronis ad Quirites post redditum.

Explicationem selectarum Ciceronis Epistolarum.

Vitam Ciceronis, ex eiusdem scriptis collectam.

Periodicam disputationem natam ex Sophismate, à Magistro quodam Academiæ Cracoviensis propositam,

sitam, an Grammatici periodos, membra, & incisa, sententia & Syntaxi distinguant, Oratores autem multitudine pedum ac numero?

De eadem quæstione libellum inscriptum *Acquisitio Judex*, Dialogi forma.

Periodicas responsones lib. v.

Computum Ecclesiasticum lib. duobus ante emendationem Kalendarij Gregoriani editum.

Arithmetica linearum.

Precactiones Latino-Polonicæ.

Orationem Synodicam in Synodo diocesana Postnauiae habitam.

Explicationem Eclogæ Gregorij Samboritani.

Epistolas aliquot, quibus suum quemdam amicum in Ecclesiam Romanam iniquum, eidem Ecclesiæ restituit.

De Jubileo Epistolam Latinam.

Librum De Doctrina Christiana, per Dialogum.

Confutationem confessionis fratrum hæreticorum, qui Valdenses seu Picarditæ dicuntur.

Cerimoniarum Baptismi & Rosarij Beati. Marie Virginis expositionem.

Prodromum aduersus scriptum Iacobi Nienoreici, Sacramentarij Picarditæ, quod edidit contra confutationem confessionis Picarditæ, Polonicè.

Horarum Canoniarum Rationarium.

Graci schismatis demonstrationem Chronologicam, Polonicè.

Epitomen Computus Ecclesiastici, cum quibusdam Grammaticæ rudimentis. Sed BENEDICTVS HERBESTVS, exactis feliciter sancteque in nostra Societate XXII. annis, anno salutis M.D.XCIIII. flexis humi genibus, mortuus repertus est.

BENEDICTVS IVSTINIANVS, natione Italus, patria Genuensis, adolescentulus Romæ in Societatem adscriptus est, anno circiter M.D. LXVI. Doctrinis omnibus maxima felicitate discendi cursus, Eloquentiam Romæ professus est: deinde Theologiam Tolosæ in Gallia, Messanæ in Sicilia, Neapoli & Romæ in Italia, multos annos magna cum ingenio & sapientiæ opinione tradidit. Tum præcipuas Italæ ciuitates concionibus illustravit. Romani Collegij & Pœnitentiariæ Rector fuit. Collegij Cardinalium rogatu laudavit funebri *Oratione Innocentium IX.* Pontificem Maximum, in eius exequiis, quæ Oratio eo ignorante passim edita est. Is meditatur *Commentarios in omnes Epistolas D. Pauli.*

BENEDICTVS PALMIVS, natione Italus, patria Parmensis, honestis parentibus natus est mense Iulij, anno salutis M.D.XXV. Postquam adolescentiam est ingressus, Bononiam se contulit: vbi cùm bonarum litterarū studiis operam daret, à P. Hieronymo Domenechio exercitationibus spiritualibus expolitus, & ad Societatem nostram adductus est. Inde Romanam venit, & à B. Patre nostro IGNATIO suscep-
tus, excultus, & ad instituti nostri normam formatus, denique anno salutis M.D.XLVII. in Siciliam missus est, vt cum aliis Sociis Messanensis Collegij fundamenta poneret, quod in Siciliensi illo regno, eorum omnium quæ postea multa habet Societas, primum fuit. Messanæ tum litteras humaniores docuit, tum de superiore loco ad populum verba fecit, & sacris nondum initiatus concionibus Messanensium animos multum ad pietatem commouit. Reversus Romanam anno salutis M.D.LIII. sacerdotium suscepit, & Præconis Euangelici munere præclarè

clarè functus est. Erat enim felicissima memoria, laterum firmitate, contentione, magnitudine vocis, actionis dignitate, verborum copia, sententiarum grauitate, Orator excellens. Dicendi verò efficacitate, zelo, ardore animi, atque pietate tanta, vt admirabilitatem quamdam auditoribus faceret, eosq; quocumque vellet impelleret. Itaque in extirpanda vitia, virtutes inferendas, emendationem morum, opera misericordiæ vbique constituenda semper incubuit, & nobilissimas totius Italæ ciuitates concionibus illustravit, & in iis potissimum Romanam, Mediolanensem, Venetam & Genuensem; apud quos diutiùs versatus est. Ipse à Carolo Cardinale Borromæo in honore habitus, & Mediolanum missus, assiduis concionibus circiter quadriennium filuestrem tunc Ecclesiam illam excoluit. Ipse à Pio Quinto Pont. Max. vt in sacro palatio Vaticano concionaretur, primus ex Societate electus est. Ipse Venetæ Reip. persuasit, vt Partheno instituto puerularum periclitantium pudicitiæ consuleret. Prudentia porrò *Benedicti Palmij* eloquentiæ fuit par. Itaque ipsum Gregorius XII. cum Hieronymo Morono Cardinale Legato Genuam misit, vt ad compendas Genuensium discordias, vocem consiliumque conferret. Primus Italorum Professus, primus Longobardiæ Præpositus Provincialis. Duoru Præpositorum Generalium Francisci Borgiæ atq; Euerardi Mercuriani sibi succedentium Assistens, Principibus viris, atque Ecclesiæ proceribus carissimus fuit; quos tamen sic coluit, vt non palparet, non adularetur, nihil sibi, aut suis ab illis peteret, vel acciperet. Denique cùm per ætatem concionari iam non posset, & gubernationem defugeret, ne omnino

nino esset otiosus, ad scribendum se contulit. Itaque opus Concionatoribus utilissimum contexuit, in quo sanctorum Patrum testimonia, quibus populos suisse commotos experientia ipse didicerat, in communes locos rededit. Quod opus in Collegio Ferrarensi seruatur, vbi ipse anno salutis M.D.XCVIII. ætatis verò LXXV. appositus est ad patres suos.

BENEDICTVS PEREYRA, natione Hispanus, patria Valentinus, vix adolescentiam ingressus, animum appulit ad Societatem, & Valentia ad numerum nostrorum aggregatus est, anno salutis M.D.LII. Inde in Siciliam, mox Romā missus, in omni scientiarum genere diligenter se exercuit, eximiamque eruditionem consecutus est. Dicendi artem Romæ publicè docuit, Philosophiam Aristotelis enarravit, & quatuor pœnè Artium curricula docendo confecit, magna auditorum frequentia atque applausu. Ab Humanis deinde ac Philosophicis disciplinis, ad Diuinas & Theologicas gradum fecit. D.Thomam per multos annos interpretatus est, Sacras litteras explanavit; vbique doctus, vbique desertus, suique simillimus. Scripsit haec tenus,

Physicorum seu De principiis rerum naturalium libros xv.

Commentariorum in Danielēm Prophetam lib.xvi.

Commentariorum in Genesim Tom. i.v.

De benedictionibus Patriarcharum lib. i.

Selectarum disputationum in sacram Scripturam

Tom. i. in quo cxxxviii. disputationes super librum Exodi explicantur.

Selectarum disputationum in sacram Scripturam

Tom. ii. in quo cxxvii. disputationes super Epist. D. Pauli ad Romanos enodantur.

Sellecta-

Selectarum disputationum in sacram Scripturam Tom. iii. in quo cxxci. disputationes super libro Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Selectarum disputationum in sacram Scripturam Tom. i. i. quo priora nouem capita Euangeli S. Ioannis explicantur.

Aduersus fallaces & superstitiones artes, id est, de Magia, de observatione somniorum, & de divinatione Astrologica lib. iii.

In huius scriptis tantum apparet ingenium, tanta doctrina atque eloquentia, tanta rerum omnium comprehensio, vt superuacaneum sit lucernam solis lumini inferre.

Committauit vir maximè religiosus atque eruditus eaducam hanc vitam cum aeterna Romæ, vbi perpetuo vixit, anno salutis M. DC. X. VI. Martij, ætatis LXXV. Societatis LVIII. Post eius mortem, exiit in lucem Quintus Tomus *Selectarum disputationum in sacram Scripturam*, cotinens cxli. disputationes in Euang. Ioannis.

BERNARDINVS REALIVS, natione Italus, patria Carpensis, claruit adolescentis Bononiæ bonarum litterarum tractatione, vbi & *Commentarium dedit in Epithalamium Pelei & Thetidis Catullianū*.

Item *Annotationum in varios auctores siluam*. Post natu grandior Societati nostræ adscriptus, in Neapolitani regni vinea gnauiter pieque laborauit.

BERNARDINVS ROSSIGNOLIVS, natione Italus, Patria Vlmetanus, dicæsis Albenis in Subalpinis Italiae; à teneris annis virtutem amauit, seque anno salutis M. D. LXIIII. in Societatem dedit, in qua apimum omnibus religiosæ disciplinæ exercitatioibus excoluit, & scientiarum naturalium ac diuinarnarum

C

narum cognitione ornauit, quas Mediolani x i. circiter annos cum laude professus est. Postea ob singularē modestiam, maturiorisque significationem prudētiae, variis est Collegiis Præfectus, ac demum Prouinciis Romanę, Venetę, & Mediolanensi Provincialis Præpositus: quod munus grauiter religioseque obiuit. Scriptit,

De disciplina Christiana perfectionis, pro triplici hominum statu, Incipientium, Proficientium, & Perfectorum, ex sanctis Scripturis & Patribus libros v. valdē eruditos, & ad instituendos potissimum viros Religiosos perutiles.

Item alterum Tomum *De actionibus virtutum*.

Edita quoque ab aliis est eius *Epistola de virtutibus Alexandri Luciaghi*.

BERNARDINVS SALINVS, natione Italus, dicensis Vercellēsis, adolescens anno salutis M.D.LXXI. in Societatem admissus est. Docuit aliquot annos Mathematicam, terque Philosophiam vniuersam Mediolanensisibus dimensus est. In missionibus, magno zelo cum hæreticis qui fauces Italiae obſident, in vallibus subalpinis, sāpē non absque fructu disputauit. Obiit Genuæ vir miræ simplicitatis ac sui contemptor anno M. DC. VIIII. reliquit expolita ac typis idonea quatuor volumina *De rebus Mathematicis*, quæ ab illius scientiæ peritis magni fiunt.

BERNARDINVS STEPHONIVS, natione Italus, patria Sabinus, Romæ Poëticam & Eloquentiam annos plurimos professus, composuit *Crispum Tragediam*, quæ ter Romæ exhibita cum applausu mire placuit. Edidit præterea *Orationem in laudem B. Agnetis Ordinis Prædicatorum*, quam Romę habuit in eorum templo: item *Flaminij Delphini Mili-*

Militum præclari Ductoris, quam S.P.Q.R. rogatu in eius funere dixit:

BLASIVS VIEGAS, natione Lusitanus, patria Eborenſis, in Societatem nostram puer x v. anno rum admissus est Eboræ, mense Martio, anno salutis M. D. LXIX. qui cùm omnibus ingenuis artibus expolitus, tum Latinè Græceque potissimum eruditus, humaniores litteras multos annos professus est. Deinde postquam in Academia Eborenſi, magna cùm excellentis ingenij, acris iudicij, atque exquisitæ doctrinæ opinione Sacras litteras explicasset, preclaros scriptit *Commentariosexegeticos in Apocalypsim Ioannis Apostoli*, qui viris eruditis valdē probantur, & Concionatorum manibus teruntur. Reliquit lucubrations etiam suas in *Prophetas minores*, & in *Ezechielem*, & in *Epistolam ad Hebreos*, ac *Tractatū de vittoria Messiae. Meditationes* præterea *P. Vincentij Bruni* in linguam Lusitanam vertit: Obiit xxii. Augosti, anno salutis M.D.XCIX. magno sui relicto desiderio. Erat enim vir non ingenio tantum magno, facili, prompto, atque ad omnia parato, sed etiam placido, affabili, & benigno.

C.

CAROLVS SAGERIVS, natione Gallus, patria Beluacensis in Picardia, primus Rector fuit nostri Burdigalensis Collegij. Vir zelo Dei plenus, eloquens ac Græcè doctus, Billomi Philologiam, Parisiis Philosophiam, Turnoni Theologiam professus. Tres secum fratres in Societate vidit, & parente rebus compositis. Scriptit doctos atq; elegantes in Epist. Inda, & D. Pauli ad Romanos, & Ephesos

sios Commentarios. Scriptis etiam de *Institutione Soliditatis*, sive (vt vocant) *confraternitatis sanctissimi & venerabilis Sacramenti*. Scriptis etiam *Locos communes ex sacris D D. aduersus haereticos*, quos inscripsit *Topica Theologica*. Sed morte interceptus, euulgare non potuit. Obiit Divioni apud Sequanos, sublatus, ut putatur, veneno ab haereticis Chalanconi, anno M. D. XCVI.

CAROLVS SCRIBANIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, Rector Antuerpiensis Collegij: a quo in vario scriptorum genere hæc sunt:

Ars mentiendi Caluinistica, nomine Romani Veronensis edita.

Amphitheatrum Honoris aduersus Caluinistarum criminationes lib. I V. sub nomine Clari Bonarscij.

Commentarius in Dominici Baudei Gnomas.

Defensio postuma Iusti Lipsij.

Antuerpia. in qua Antuerpiensium ingenium, educatio, mores.

Item *Antuerpiensium Origines.*

Orthodoxa fidei Controversia libris VI. quorum

I. *De Scriptura, Traditionibus, Indice.*

II. *De Apostolica fidei germanis denuntiatoribus.*

III. *De Reliquiis.*

IV. *De Miraculis.*

V. *De Sanctorum invocatione.*

VI. *De Imaginum cultu.*

Prodibit mox, Deo iuuante, ab illius calamo instructus *Philosophus Christianus.* &,

Meditationes lingua Belgica, triplici hominum generi accommodatae, Incipientibus, Progredientibus, ac Perfectioribus.

CÆSAR ISVARDVS, natione Italus, patria Nicasiensis,

cienfis, cum post doctrinarum studia, se Rhetorica tradendæ, nostrisque ad humanitatem atque eloquentiam erudiendis dicasset, in ipso cursus initio peracerba præceptus est morte, anno salutis M. DC. IV. In funere Alexandri Luciaghi, Patricij Brixienfis, qui cum opinione sanctitatis obiit, Mediolani dixit *Laudationem*: quam, qui intersuit Federicus Cardinalis Borromæus, typis mandari curauit.

CHRISTIANVS HALVERIVS, natione Germanus, patria Haluerensis, Romæ Societatem complexus est anno salutis M. D. LVII. in qua religiosè vixit, ac piè mortuus est Fulda, anno M. D. LXXXI. X. Ianuarij. Scriptis,

Disputationes de fide Theologica, eiusque origine, ac certissima forma.

De unius Ecclesie sancte Catholica & Apostolica origine, & numquam interrupto progressu.

De Domini nostri Iesu Christi marte, sepultura, resurrectione.

CHRISTOPHORVS BROVVERVS, natione Belga, patria Arnhemensis, anno salutis M. D. XX C. XI. Martij in Societatem nostram Coloniæ admisus est, iuuentutem politioribus litteris expoliuit, Philosophiam etiam Treueris laudabiliter professus est, postea Collegij Fuldensis Rector. Antiquitatis Ecclesiasticæ tum profanæ eruendæ feliciter studiosus, quo nomine à Card. Baronio Tomo Annalium Eccles. x. mirificè aliquoties laudatur. Collegit magno labore ac studio, peragrata prouincia Treuerensi, excussisque omnibus archiis,

Antiquitates Annalium Treuerensium, & Episcoporum Treuerensis Ecclesiae suffraganeorum, ut Metvensium, Tullenfum, & Verdunfum.

Euulgauit *Venantium Fortunatum*, à se Notis illustratum, ac nouis Traictatibus auctum.

Item typis Plantinianis edidit

Antiquitatum Fuldensum libros iv.

CHRISTOPHORVS A CASTRO, natione Hispanus, patria Ocaniensis, diœcesis Toletanæ, natus est anno salutis M. D. L. I. atque à puerò Societatem nostram complexus est, Compluti Latinis ac Philosophicis imbutus litteris, anno M. D. LXIX. Vir est bonarum artium litteris eruditus, in quibus dies noctesque indefesso versatur studio, Toletani Collegij Rector. Scriptis haec tenus,

Deipara Virginis Historiam, cum auctoritatibus SS. Patrum, Latinè & Hispànice.

Commentariorum in Ieremia Prophetias, Lamentationes, & Baruch libros vi.

In librum Sapientie.

Sunt & in manibus, sed nondum limati, *Commentarij in Prophetas minores.*

CHRISTOPHORVS CLAVIVS, natione Germanus, patria Bambergensis, à prima adolescentia filius Societatis, cùm alias scientias imbibit, tum verò Mathematicas audiissimè ac studiosissimè didicit, & magna cum laude Romæ professus est; tantumque felicitate ingenij atque labore assiduo profecit, vt non cum recentioribus tantum Mathematicis, sed etiam cum antiquissimis illis & peritissimis sit comparandus; quemadmodum præclara, quæ haec tenus scriptis, monumenta aperte testantur. Scriptis ergo,

Commentarios in Elementa Euclidis.

In Sphaeram Ioannis de Sacroboſco.

Geometricam practicam.

Arithmeticam practicam.

Gnomices lib. viii.

Computum Ecclesiasticum.

Astrolabi formam & usum.

Fabricam & usum instrumenti ad horologiorum descriptionem, cum ratione describendarum horarum à meridie & media nocte.

Nouam descriptionem horologiorum.

De figuris & soperimetris.

Apologiam Calendarij Gregoriani, aduersus Michaelem Merlinam Tubingensis Academiæ Mathematicum, tribus libris explicatam.

Castigationem castigationis Iosephi Scaligeri, qui Calendarium idē Gregorianum ausus est castigare.

Opus insigne, iussu Clementis Octavi confectū, quod inscibitur, *Romani Calendarij à Gregorio XIII. Pont. Max. restituti explicatio*. Edidit præterea,

Theodosij Tripolita Sphericon lib. iii. demonstrationibus illustratos.

Item eiusdem binas linea tangentes & secantes triangula, rectilinea, & sphærica.

Postremò, anno M. DC. V III, edidit opus diu expetitum, cui nomen *Algebra*. Quæ eius opera adeò probantur viris Mathematicarū disciplinarum scientia præstantibus, vt alij Clavivm nostri seculi Euclidem nuncupent; alij verò malle se à Clavio vituperari, quam ab aliis laudari scribant.

CHRISTOPHORVS ÆGIDIUS, natione Lusitanus, patria Bragantinus, diœcesis Mirandensis. Hic postquam in Academia Conimbricensi multos annos humaniores litteras, & artem dicendi, ac Aristotelicas disciplinas professus est, sacram Theologiam in eadem Academia, & in Eborense magna cum laude

auditoribus explicauit. Romæ inter Censores ad examinandos libros à P. nostro Generali designatos vñus fuit. Et ex Vrbe in Lusitaniam rediens, Conimbricē excessit è vita, Ianuarij mense anni nostræ salutis M.DC.VIII. Reliquit 11. Tomos *Theologiarum Questionum*, qui post eius mortem sumptibus Horatij Cardonis bibliopolæ Lugdunensis exierunt in lucem.

CHRISTOPHORVS MADRIDIVS, natione Hispanus, patria ex oppido Daimiel Tolet. diœcesis, peractis Compluti Philosophiæ ac Theologiae studiis, Romam anno salutis M. D. X L. profectus est, vbi apud Ioannein Dominicum de Cupis, sacri Collegij Cardinalium Decanum, Theologi officio perdiu functus, cognita tandem atque reiecta mundi vanitate, sese B. Patris nostri IGNATII permisit potestati, eiusq; consilio Societatem nostram amplexus est. Deinde apud P. Iacobum Laynem secundum Praepositum Generalem Assistens fuit, Romanam Professorum Domum per multos annos gubernauit. Erat autem vir grauis ac prudens, eiusque consilium magni faciebat B.P. IGNATIVS. Scriptis perutiliis ac doctum libellum *De frequenti vsu Eucharistia*, aduersus eos, qui rem sanctissimam atque ipsa experientia utilissimam fucatis & adumbratis rationibus oppugnant, quamquam iam inter Catholicos, qui oppugnat, pauci sunt. res enim ipsa clamat, Ante quinquaginta verò annos, quo tempore CHRISTOPHORVS scripsit, re, vt videbatur, noua ac minùs comperta, erant permulti quibuscum decertandum fuit. Cessit è vita Romæ sexagenario maior, anno salutis M. D. LXXIII.

CHRISTOPHORVS RASEMBVSCO, natione Germanus,

manus, varios *Tractatus contra hereticos*, in his tres *Apologiae* contra Lucam Ofiandrum, Germanicè scriptis; atque ex Italico vertit *Itinerarium Principum Iaponiorum*, & multas *Epistolas Iaponicas*.

CHRISTOPHORVS A SACROBOSCO, natione Hibernus, Philosophiam in Italia, Sacrasque litteras Patauij cùm explanasset, in Britanniam Catholicos iuuandi studio profectus, vincula & carceres passus, cum pestilentis cathedræ ministris sàpè disputans; liber à vinculis edidit in Belgio Antuerpiæ

Defensionem Decreti Tridentini, & sententia Belarmini de auctoritate Vulgata editionis.

Item, *De inuestiganda vera Ecclesia.*

CHRISTOPHORVS STEPHETIVS *Orationem funebrem* à se habitam edi permisit.

CLAVDIUS AQVAVIVA, natione Italis, patria Neapolitanus, filius Ducis Atrij, in ipso ætatis flore xxv. annos natus, cùm politioribus iam tñm litteris esset excultus, & sanctorum Patrum lectione instruetus, & Pio QVINTO Pontifici Maximo à cubiculis, atque gratissimus, res suas saeculum habere iussit; & omnia illius ornamenta, opes, dignitates, (que propter summam CLAVDII nobilitatem, modestiam, ingenium, & Principis gratiam, ipsi non dubia spe proponerantur) tamquam stercus arbitratus, nudus ad CHRISTI nudi Crucem confudit, & nostris addictus est Romæ anno salutis M. D. LXVII. vicefima secunda Iulij, in ipsis feriis B. Magdalena. Deinde positis Religionis rudimentis, & grauioribus studiis confeclis, tantus in CLAVDIO enituit virtutis splendor, tanta grauitas morum atque suauitas, tanta prudētia, vt Provincia ipsi Neapolitana primùm gubernanda deinadaretur, poste à

etiam Romana. Quam Prouinciam dum optimè administrat, in Comitiis, quæ habita sunt Romæ anno Domini M. D. X X C I. magna electorum consensione, in locum P. Euerardi Mercuriani Præpositi Generalis quarti vitâ functi suffectus est xix. Februarij. Neque animos nostrorum Patrum, quo minùs CLAVDIVM eligerent, retardauit, aut illius ætas (nondum enim quadragesimum annum attigerat) aut religionis temporis breuitas, vt Patribus & canicie & religioso senio venerandis ipsum preferrent, & in eius humeros vniuersæ Societatis per totum terrarum orbem propagatae onus imponebant. Nec eos fefellit euentus: nam ita hanc tantam, tamque laboriosam difficilemq; prouinciam sustinet, vt siue prospera siue aduersa spectes, quæ ipso clauum tenente multa & varia Societati nostræ acciderunt, electum à Deo esse credas; vt læta augeret, tristia minueret, & per dubias ac turbulentas tempestates, Deo duce, nauem Societatis ad portum salutis dirigeret. Sed hæc (ne quid auribus dare velle videar) omitto. Scripsit Pater Generalis, tot negotiorum fluctibus pñè obrutus, quæ ad eius gubernationem maximè pertinent,

Epistolas xiiii. benè longas, & non minùs religiosas atque eruditas, ad vniuersam Societatem; & ad Superiores, de renouatione spiritus, & unione fraternali charitatis.

Industrias item pro superioribus Societatis *ad curandos anime morbos.*

Eiusdem sunt & R A T I O atque *Institutio studiorum.* &, *Directorium Exercitiorum spiritualium.*

CONIMBRICENSES COLLEGII Commentarij in Aristot. Vide Manuel de Goës.

CON-

C O N R A D V S V E T T E R, natione Germanus, Varios tractatus contra hereticos Germanicè edidit, tacito nomine.

Vertit & in linguam Germanicam *Martyrologium Romanum*, & *Decem rationes P. Edmundi Campiani.*

C O R N E L I V S C R O C V S, natione Belga, patria Amstelredamus, sacris in patria ritè operatus, & in iuuentute piè instituenda gnauiter occupatus, dum matrem vetulam alit, Societati, vt oprarat, iuuenis adscribi non potuit: quam vbi extulit, nihil duxit antiquius, quām vt Romam pedibus contenderet, & à B. P. IGNATIO, eti senex, receptus adscriptusque ceteris, ibidem sanctè in Domino anno M. D. L. quieuit. Scripsit Catholicae Ecclesiæ commodo aduersus hereticos, ac potissimum Anabaptistas in Battavia grassantes opuscula, vt illis tēporibus, iucunda atque utilia, Antuerpiæ nuper euulgata;

De Ecclesia, seu de notis ac signis Ecclesia.

De Fide & Operibus.

Orationem de Christi vita.

Meditationes pias in Passionem Dominicam.

Lusit item Iosephi Casti Comœdiam. &

Colloquiorum puerilium formulas.

Sordidorum verborum farraginem.

C O S M A S M A G A L L A N V S, natione Lusitanus, patria Bracarensis, vix quattuordecim annos natus, Conimbricæ pridie Non. Iulij anno M. D. L X V I. ad Societatem singulari DEI beneficio adductus, diu Rhetoricam docuit, studiis præfuit, quæstiones de moribus explicauit, & hoc ipso tempore sacram Scripturam Conimbricæ interpretatur. Scripsit

Commentarios in Canticum primum Moysi. & in Epi-

in Epistolas Pauli ad Timotheum & ad Titum.

in Librum Iosue præterea habet præ manibus.

Scripsit etiam *Iaponensis Catechismi* Tom. 2. & *in Problemata Aristotelis*. Vide *Emanuel de Gœs*.

CYPRIANVS ZOAREZ, natione Hispanus, patria ex Ocania oppido diœcesis Toletanæ, ætate matuра, & vigesimum octauum agens annum, Societati se nostræ dicauit. Vir fuit candidi ingenij, priscæ fidei, multæ ac variæ eruditionis, Latinis, Græcis atque Hebraicis litteris perfectè doctus, liberalibus artibus apprinnè ornatus, sacrarum Scripturarum scientia probè instructus; & qui subtilitatì in scholis disputandi, Conciliorum, sanctorum Patrum, humanæ atque diuinæ Historiæ cognitionem adiunxerat. Is postquam diu Academiæ Eborenseis & Collegij nostri studiis præfuit, atque in Complutensi sacram Theologiam professus est, tamquam rude donatus, atque eimeritus miles, septuagenario maior Placentiæ diem suum sanctè obiuit, anno salutis M. D. XCIII. XIX. Augusti. Scripsit iuuenis,

De arte dicendi, libros III. breuissimos, sed elegantissimos. Scripsit etiam,

Commentarios in Psalmos Danidis, & in Cantica Canticorum. qui tamen typis nondum euulgati.

D.

DIDACVS DE PANTOYA, natione Hispanus, patria ex oppido Valdemoro diœcesis Toletanæ. Scripsit Hispanice

Narrationem Sociorum in Chinam penetrantium.

DIONYSIVS VASQUEZ, natione Hispanus, patria Toletanus, adolescens XXI. annorum cum esset,

effet, & Latinis Græcisque litteris probè excultus, Compluti nomen CHRISTO Domino nostra in Societate dedit, anno salutis M. D. L. & maiores disciplinas postea feliciter didicit, & in Hispania, Italia, atque Germania inferiore Superioris partes egit, Patrisque Francisci Borgiæ, tum Commissarij in Hispania Generalis, tum Romæ Præpositi Generalis adiutor atque à secretis fuit. Denique in Hispaniam reuersus Toleti anno Domini M. D. xc. in eunute, ætatis secundo & sexagesimo, vitam cum morte commutavit.

Martyrologium Romanum, Gregorij X IIII. Pontificis Maximi iussu editum, è Latina lingua in Hispanam transtulit.

DOMITIVS PLATVS, natione Italus, patria Mediolanensis, Hieronymi Plati nostri, & Flaminij S. R. E. Cardinalis germanus frater, edidit Italice librum cui titulus est:

*Tractatus de Christi passione. &,
Brenis praxis orationis.*

E.

EDMVNDVS AVGERIVS, natione Gallus, patria Trecensis, ex ephebis vix exceperat, cùm Romæ ad portum appulit Societatis; in qua litteras humaniores docuit. Poëta & Orator excellens, ingenio, memoria, iudicio valens. Hic in Galliis multa & miranda patrauit pro fidei Catholicae defensione. Turnonensis, Tolosani, Lugdūnensis Collegiorum Rector fuit, ac Provinciae Aquitaniae Præpositus Provincialis. Primarias illius Regni ciuitates

tes concionibus illustrauit, maximè Lutetiam, Burdigalam, Tolosam, Lugdunum, Diuionem, Dolam in Sequanis, vbi & Collegia Societati constituit. Principibus vitis in honore fuit, Henrico III. Regi Galliae etiam charissimus. Lugdunensem ciuitatem, peste corporali & spirituali propter haereses grauissime laborantem, tum vigilantia atque industria, tum doctrina atque consilio, ab interitu prope modum vindicauit. imò & x l. hominum millia ab haeresi ad Catholicam fidem reuocasse fertur. Captus aliquando ab hereticis, & ad laqueum damnatus; dum ad patibulum ducitur, neci mirabiliter à Deo erexitus est. Capti enim admiratione EMONDI eloquentiae, & commiseratione tacti, iuuenis tunc ætate atque ingenio præstantis, parcendum illi esse heretici existimarunt, sperantes ad suas ipsum partes adduci posse. Scripsit,

Catechismum Gracè, Latinè, & Gallicè, ad refutandos Caluinistarum errores valde vtilem, atque eruditum; quem plurimi legentes, vel in fide Catholica confirmati, vel ab haeresibus liberati sunt: quemque locis SS. Patrum integrè notatis, Franc. Antonius noster illustrauit. Scripsit & Gallicè AVGERIVS De Sacramentis.

De Baptismo & Confirmatione.

De Eucharistia.

De Sacrificio Missæ.

De Sacramento Pænitentie, & extrema Vnctionis.

De Matrimonio.

Thesaurum precum pro uniuscuiusque statu.

Epistolam contra Petrum Viretum pro Societate Iesu, Gallicè.

Militarem institutionem, qui Pedagogus inscribitur,

bitur, Gallicè. Item *Saccharo spirituale* Gallicè verit. Præterea libellum *De imitatione Christi* Gallicè euulgauit. Item, *De audienda cum fructu Missæ. &c.*

Consolatorium ad peste infectos. Denique ex Gallia, propter intestina & plusquam ciuilia patriæ bella, in Italiam profectus, Nouocomij mortuus est anno salutis M. D. xcii. xiiii. Kal. Iulij.

EDMVNDVS CAMPIANVS, natione Anglus, patria Londinensis, Martyr Christi inclytus, & nostri sæculi clarissimus. Puer cùm esset, humanioribus litteris imbutus est Londini: adolefcens in Oxoniensi Academia, grauioribus etiam disciplinis perpolitus; vbi ex consuetudine condiscipulorum infectus, & haeticorum persuasionibus circumuentus, Diaconum ab impostoribus & pestiferæ scætae ministris se ordinari passus est. Postea vero ad expiandum scelus à se commissum Anglia egressus, in Duacensi Anglorum Catholicorum Seminario aliquamdiu commoratus, sacram Theologiam egregiè didicit, & magistri lauream accepit. Neque hoc contentus, animum ad Societatem nostram appulit, vt se totum in salutem suorum ciuium impenderet, & hereticos suo ipsorum gladio iugularet. Quamobrem Romam profectus est, atque in Societatem admisus, anno salutis M. D. LXXXII. inde in Germaniam amandatus, ibiique rudimentis Religionis positis, aliquot annos Pragæ Philosophicas disciplinas docendo, & Latinè concionando, consumpsit. Demum in patriam anno salutis M. D. xxc. Summi Pontificis Gregorij XIII I. iussu reuertit: vbi mirum quantum profecerit, quot hereticos ad meliorem mentem reuocarit, quot Catholicos vaillantes in fide confirmarit, quot fortis in aciem pugnam-

pugnāmque eduxerit, vitæ exemplo, excellenti doctrina, ingenij acumine, agendi dexteritate, disputandi subtilitate ac robore. Ex quo in magnum hæreticorum odium incurrit: à quibus omnibus vestigijs perquisitus, tandem ex infidiis captus est. Sed tentatus eius animus, cùm neque promissis neque terroribus cederet, neque altercationibus cum hæreticis sæpius habitis vinci posset; neque tormentis dilaniatus, se de proposito Catholicæ Religionis collendæ deduci pateretur; tamquam perduellionis reus ad supplicium damnatus est. Itaque raptatus, suspensus, semiuiuus de furca deiectus, corde spiranti adhuc euulso, pudendis abscissis, in ignem visceribus coniectis atque combustis, pius ab impiis, sanctissimus vir à nefariis Reginæ Elizabethæ Consiliariis; in patria sua, vniuerso spectante populo, bonis gementibus, hæreticis gaudentibus, & constantiam eius admirantibus, pro Catholicæ Religione, & summi Pontificis suprema potestate, immannissimè macstalus est, anno salutis M. D. X X C I . Kalendis Decembris. Martyrium CAMPIANI Gallicè conscriptum, itemq; Latinè à Guilielmo Estio Batauo, S. Theologiae Duacensi in Academia Doctorate Regio, circumfertur. Scriptit E D M V N D VS C A M P I A N V S elegantissimos *De Hibernia insula Commentarios.*

Epistolas itē & Orationes nōnullas ornatissimas, in quibus & de M. Tullij imitatione venustè differuit.

Aureum libellum, cui titulus est :

Rationes decem, quibus fretus certamen aduersarii obtulit in causa fidei EDMUNDVS CAMPIANVS è Societate nominis I E S V prebyter. In hoc perexiguo libello vix credi potest, quam multa fidei dogmata pau-

paucissimis verbis perstringat, quanta eloquentia, ingenij vi & perspicacia, quanto rerum coaceruaturum numero ac pondere obruat aduersarios.

EDMVNDVS HAIVS, natione Scotus, vir fuit valdè religiosus, prudens atque eruditus : qui Collegij nostri Claromontani Parisiensis, & Musipontanae Academiæ primus fuit Rector, factus Præpositus Prouincialis Franciæ prouinciam gubernauit, & Assistentis apud P. Claudio Aquauiam Præpositum Generalem munere functus est Romæ, in eoquæ munere decebat è vita. Scriptit contra hæreticos, maximè Calvinistas, librum cui Titulum fecit, *Contrarietates Calvini.*

EVARDVS SANDIVS, natione Lusitanus, patria Olyssiponensis, in Professorum domo sancti Rochi ad noctros aggregatus est: facultatem Oratoriam in Collegio Conimbricensi feliciter docuit, ac multis magnisque pro Christo in Lusitania suscepitis laboribus, in orientis Solis Indiam nauigauit, Collegiique Machao Chinæ adiacentis Rector fuit. Inde in interiora terræ, zelo fidei Christianæ propagandæ delatus, multisque Gentium ad veritatem conuersis mortuus est. Scriptit *Itinerarium quattuor Iaponensium Principum*, qui fidei nostra Sacramentis imbuti, magno Religionis Christianæ colendæ intensi desiderio, è Iaponia soluentes, anno salutis M. D. X X C I V. in Lusitaniam appulerunt, & per Hispaniam Romanam profecti, Christianorum Regum Iaponensium nomine, Pontifici Maximo obedientiam obtulerunt: à quo benignissimè accepti, & liberalissimè remunerati sunt. Inde Italia obita, in patriam renauigantes, nouo miraculo incolumes omnes peruererunt, magna suorum ciuium admira-

ratione, Christianorum gaudio, & Christi gloriae amplificatione; ac tandem omnium rerum, quas viderant, cognita atque reiecta vanitate, quatuor Iaponenses Principes felicissime sua legatione perfuncti, nostrā Societatem in patria sua ingressi sunt. In suo autem *Itinerario* EDWARDVS regiones ac provincias recenset quas peragravit, nationum mores describit quas lustrarunt; triumphos pingit quibus per Italiam excepti; munera denique refert, quibus a magnis Principibus donati sunt.

EMANVEL ACOSTA, natione Lusitanus. Scripsit *Commentarium de gestis à Societate in India Orientali*: quem Latinum in sermonem Io. Petrus Mafiecius conuertit.

EMANVEL ALVAREZ, natione Lusitanus, patria ex Maderæ insula, pridie Nonas Iunij anni salutis M. D. XLVI. in nostrorum numerum adscriptus est; qui, cum eximia vita integritate prudentiaque praestaret, Rectoris Collegiorum Conimbricensis, Eborensis, Olyssiponensis, Praepositi etiam Professor domus S. Rochi munere functus est. Sed cum non minus tum ceteris omnibus, tum vero humanioribus potissimum litteris excelleret, (qua erat humilitate charitateque præditus) in formanda ad pietatem iuuentute, & ad Latinam, Græcam atque Hebraicam linguam instituenda expoliendaque, plurimos annos impendit. Scripsit,

Libros de Arte Grammaticæ valde præclaros, qui doctis viris mirifice probantur, quos & Commentariis poste à copiose Antonius Vellesius Lusitanus & ipse illustravit. Demum bonorum operum plenus, in Collegio Eborensi vitam cum morte comutauit anno salutis M. D. LXXXII. xxx. Decemb.

EMA-

EMANVEL DE GÖES, natione Lusitanus, patria ex oppido Postel, diœcesis Eborensis, qui oratione soluta, & numeris astricta, plurimum valuit, & facultatem dicendi, ceteraque humaniores & philosophicas artes permultos annos variis in Collegiis tradidit. Scripsit in libros *Physicorum Aristotelis*, in libros *De calo*, in *Meteora*, atque *Ethica*, quæ viuens edidit. Reliquit etiam perfectos *Commentarios in libros De anima, De generatione & corruptione*, quæ post eius mortem edita sunt. Atque hæc eius opera *Conimbricensis cursus* nomine circumferruntur. Obiit Conimbricæ.

EMANVEL PIMENTA, natione Lusitanus, patria ex oppido Scalabe, vulgo Santaren, diœcesis Olyssiponensis, Ebora in Societatem cooptatus est xxx. Aprilis, anno salutis M. D. LVII. xatis XVI. Studiis nostrorum tum Ebora tum Conimbricæ præfuit; Artem dicendi, ceteraque politiores summa cum laude docuit; Concionatoris & Confessarij partes egit: denique omnis norma & tamquam speculum virtutis fuit, & Ebora feliciter obdormiuit in Domino Kalendas Octob. anni salutis M. DC. III. Tonos duos reliquit *varia Poemata* continentes, in quibus magnum elucet ingenium, atque stylus elegantissimus diuite fluit venâ.

EMANVEL SA, natione Lusitanus, patria Interamnenis, ex oppido Villa de Conde, ad Societatem aggregatus est anno (ni fallor) salutis M. D. XLVI. in ipso flore adolescentiae: quo ex tempore per totos quinquaginta annos mirabiles in virtute & in litteris fecit profectus, bonitate naturæ, ingenij magnitudine, animi contentione, assiduitate studij. In omni disciplinarum genere diligentissime

versatus est: Aristotelicas disciplinas & Gandia & Romæ exposuit. Quæstiones Theologicas D. Thomæ in Collegio Romano enodauit: Diuinæ litteras est interpretatus. Ex cathedra discipulos docuit: de superiori loco ad populum verba fecit. Nullum denique prætermisit litteratæ exercitatio-
nis genus, quod magna religione, doctrina, indu-
stria, non coluerit. Scriptit,

Scholia breua quidem, sed erudita, *in quatuor Euangelia*, ex selectis Doctorum sacrorum senten-
tiis collecta, quam verè *auream catenulam* possis ap-
pellare. Scriptit etiam,

Notationes in totam Scripturam sacram, quibus
tum omnes ferè loci difficiles, tum variæ ex He-
bræo, Chaldæo, & Græco lectiones mira breuitate
explicantur; opus concisum quidem & contractum,
sed magnis laboribus atque indefessò studio elabo-
ratum ac perfectum. Scriptit præterea,

Aphorismos casuum conscientie.

Postremò Arronæ, Mediolanensis diœcesis, in Pro-
bationis domo (quò se, vt Deo liberius vacaret, ab-
diderat) sanctissimè, prout vixit, mortuus est xxx.
Decembris, anno salutis m. d. xcvi. septuagenario
maior: cui morienti beatissimam MARIAM virgi-
nem & B. Patrem nostrum IGNATIVM apparuille,
diemque obitus prænuntiassè, fama est.

EMANVEL DE VEGA, natione Lusitanus. Scriptit,
Aliquot *Opuscula de sacro sancta Eucharistia*, &
contra hereticos Arrianos Transyluaniam deua-
stantes.

EMERIVS DE BONIS, natione Italus, patria Va-
stallensis. B. Patre nostro IGNATIO adhuc viuente,
ad nostram se Societatem adiunxit, & plurimos
annos

annos concionibus ad populum habendis utiliter
transagit. Scriptit Italicè,

Librum de statu Religionis.

De sanctissimo Sacramento. &

De ratione confitendi, & audiendi sacrificij Missæ.

EVERARDVS MERCVRIANVS, natione Belga,
diœcesis Leodiensis, grauis imprimis ac prudens,
Philosophicis ac Theologicis disciplinis eruditus,
& politioribus excultus, & tractādis hominum ani-
mis dexter, Lutetia Societatem ingressus est anno
m. d. xlviii. Proinde ad alias gubernandos adhibi-
tus, in eo munere sic est versatus, vt P. Franc, Borgie
111. Preposito Generali Assistēs daretur pro Trans-
alpinis regionibus, atque ei defuncto, i v. Præposi-
tus sufficeretur anno m. d. lxxii, viiiuenteram Socie-
tatem magna moderationis laude rexit, ad annum
vsque m. d. lxxx. Provinciarum numerum adauxit.

Scriptit *Epiſtolam ad Superiores Societatis* docu-
menta bona gubernationis continentem, quæ inter
Epiſtolas Præpositorum Generalium quinta legitur,

F.

FABRICIUS PALLAVICINVS, natione Ita-
lus, patria Genuensis, ætatis anno xvi. So-
cietai se dedit, CHRISTI verò m. d. lxxi, stu-
diorum cursum feliciter emensus. Romæ Græcas
litteras, & Mathematicas; Florentiæ in Etruria, &
Posnaniæ in Polonia, Romæ iterum Philosophiam
professus est. Rexit Cracoviæ domum Probationis
seu tironum, & in Gallia Collegium Auenionense.
Post Inspector Subalpinorum Collegiorum, so-
lis ęsta morbo contracto Genuę deceſſit, pridie Na-

talis Beatæ Virginis anno M. DC.

Scripsit primus, vt putatur, anno M. D. LXXXI IY.

De Perfectione religiosa è SS. Patribus. quo libro
Genuè tironum magister quotidie vtitur. Scripsit &

De Cambiis mercatorum, eius rei peritisimus;
dumque edere parat, obiit in Domino: quem quia
à pluribus expeti Superiores animaduertunt, P. Iulio
Nigrono recognoscendum scholiisque illustran-
dum tradiderunt.

FEDERICVS BARTSCIVS, natione Prutenus, pa-
tria Braunsbergensis, Romæ cùm esset, in ipso a-
tatis flore, anno salutis M. D. LXXII. diuortium fecit
cum sœculo, & CHRISTVM crucifixum & nudum
nudus ipse nostra in Societate secutus est. Vir au-
tem factus propter eximias virtutes, excellentemq;
doctrinam, Regi Sigismundo atq; Poloniæ prima-
tibus charissimus fuit; jnò ipsis etiam hæreticis gra-
tus & admirandus, quos vitæ integritate ac morum
affabilitate sibi deuinxit, vt facilius ad CHRISTVM
adduceret. Aliquot in Polonia Collegia diu ac lau-
dabiliter gubernauit. Vice-prouincialis etiam Præ-
positus Lituanie fuit. Edidit sub nomine Federici
*Bruſi Theologi Responſionem benevolam & Christia-
nam, qua refutat Orationem Andrea Volani*, Litua-
nos à ſecta Swingliana ad fidem Catholicam con-
uersos, ad pristinos errores reuocare conantis. Scrip-
ſit etiam Germanicè libellum, cui titulus est:

*Speculum Iefuitarum contra Danielem Cranne-
rum, Lutheranum Pseudo-ministrum.*

Nuper etiam Cracoviæ apud Polonos dedit,

*In Euangelia Aduentus ſequentesque Dominicas
ad Quadragesimam Commentationes*, potiflimum ad-
versus hæreticos.

FERDINANDVS BASTIDA, natione Hispanus,
patria Pincianus, Salmanticae adolescentulus, deci-
mum septimum tantùm annum ingressus, Societati
ſe addixit, & ad Religionis normam formatus, bo-
narum litterarū disciplinis pectus impleuit. Postea
Romam profectus, multa virtutis, ingenij, industrie,
atque eruditionis ſuæ argumenta præbuit, cùm aliis
in rebus, tum maximè in diſputationib⁹ coram
Clemente VIII, & Paulo V, summis Pontificibus
habit⁹. Rediit in Hispaniam, & in Collegio Pin-
ciano S. Ambroſij Theologiam quæ ratione philo-
ſophatur, cum laude profitetur, ac Diuum Thomam
Aquinatem interpretatur. Scripsit Hispanicè &
Italicè librum quem inscribit, *Antidoto alle velenofē
conſiderationi di F. Paolo di Venetia*, & alia medita-
tur, quæ Deo benè iuuante ſuo tempore prodibunt
in lucem.

FERDINANDVS GVERREIRO, natione Lufita-
nus, patria Almodouarenſis, ſcripsit ſua lingua,

*Indiarum orientis Solis annalem historiam annorum
M. DC. & M. DCI. II, III.* libris iv. quorum prior
continet res Iaponicas, alter Chinicas & Molucas,
tertius Indicas, quartus Æthiopicas, Brasiliacas, &
Guineas.

Item alteram narrationem annorum M. DC. VI.
& M. DC. VII. totidem libris comprehensam, quo-
rum primus res Iaponicas & Chinicas, ſecundus res
Prouinciarum Meridianarum, tertius res Prouinciarum Se-
ptentrionis, quartus Guineam & Brasiliam com-
pletebitur.

FERDINANDVS IAEN, natione Hispanus, patria
Cordubensis, Compluti cùm vir iam tum eſſet, &
professione Theologus, ad Societatem nostram ani-

mum conuerit, in eamque admissus est: deinde Romam profectus in cælestem patriam commigrauit, anno (ni fallor) salutis M.D. LXX. Scripsit,

Quæstionem quotlibeticam de concordia Genealogia Christi Domini secundum Mattheum & Lucam.

FERDINANDVS REBELLVS, Ioannis Rebelli frater, natione Lusitanus, patria ex oppido Prato, diœcesis Lamecensis, in domo Professorum Olyssiponensi se Christo in Societate sacrauit xx. Maij, anno salutis M.D. LXII. ætatis xv. Aristotelicas disciplinas profectus est: Theologicas in Academia Eborense per multos annos feliciter explicauit; eiusque Academæ Cancellarius, & Portuensis Collegij Recto fuit. Scripsit,

De obligationibus Iustitiae, Religionis, & Charitatis, cuius iam primus Tomus *De Iustitia*, lucè aspergit.

FIDELIS DANIEL, natione Italus, patria Veronensis, post Artem dicédi & Philosophiam non semel traditam Mediolani, concionibus habendis vitam traducit. Is B. Carolum Borromæum laudauit Italicè in anniversario die felicis eius transitus, eamque laudationem Typographi typis euulgaret.

FRANCISCVS ADORNVS, natione Italus, patria Genuensis, à prima adolescence Societatem in Lusitania amauit, in eamque viuo adhuc B. P. nostro IGNATIO admissus est, atque omnibus disciplinis feliciter eruditus. Erat enim in FRANCISCO magna ingenij vis, rara memoria, prudentia singularis. Itaque Romanum euocatus, in Theologia docenda specimen ingenij dedit; & concionibus ad populum habendis, Christiani Oratoris partes diu sustinuit; & Domos & Collegia, & ipsam Longobardie Provincia-

ciam gubernauit, excellentis prudentiæ ac modestiæ temperamento. Eminebat in eo cum dignitate corporis, & nobilitate generis, humanitas, grauitas, recôdita rerum Ecclesiasticarum scientia, modus tractandi spiritualis. B. Cardinali Borromæo charissimus; cui fuit à confessionibus, à consiliis, in peregrinationibus comes, in exercitiis spiritualibus institutor, ac pçnè magister, in laboribus denique adiutor & socius. Postremò tam familiaris, vt etiam in calum ab eo accersitus esse creditur. Obiit Genueæ fractus missiōnum laboribus, anno salutis M.D. LXXXVIII. ætatis LV. de quo multa scribit Carolus à Basilica Petri Episcopus Nouariensis, in vita S. Caroli lib. V. cap. XXIV. & inter alia hæc ait: *Præsensit Franciscus obitum suum, quemadmodum vel de suggestu ipse publicè testatus est. Narrabat Caroli effigiem pulcherrimam ei per quietem obiectam; admiranti, percunctantique quid sibi vellet tanta pulchritudo, illum respondisse, Benè mecum agitur. Tu quoque breui accerseris. Verum ille visum reddit, neque multo post expectatam Genue mortem obiit.* Hæc ille.

Scripsit F R A N C I S C U S T r a c l a t u m d e c a m b i u s .

Item, *monitionem eruditissimam ad Vberium Folietam*, Historia Genuensis Scriptorem, *De ratione illustranda Ligurum Historia*. Item rogatu Caroli *De Ecclesiastica disciplina* lib. II. Denique luculentam *Epistolam de Taurinensi peregrinatione S. Caroli* ad sindonem Domini nostri vilendam, cuius ipse pedes socius fuit; quæ Latinè conuersa, typis edita est.

FRANCISCVS AGVILONIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, Philosophiam Duacensi in Academia annos plures, atque alibi Theologiam aliasq;

facultates professus: Mathematicarum artium in paucis eruditissimus, scripsit *Opticorum libros vi.* *Philosophis iuxta ac Mathematicis utiles.* qui typis Plantinianis Antuerpiæ excuduntur. quibus, Deo dante, *libros Catoptricorum & Dioptricorum* subiunget.

FRANCISCVS ALBERTINVS, natione Italus, patria Neapolitanus, Theologiam Neapoli explicauit, volumen edidit hac *emendatione*,

Corollariorum Theologicorum Tomus primus, in quo ex quibusdam principiis axiomatisve Physicis & Naturalibus accuratè examinatis, quid inde ad rem Theologicam rectè & ritè deduci vice corollarij possit, ingeniosè differit: alterumque eiusdem tituli Tomum adornat editioni.

FRANCISCVS ANTONIVS, natione Lusitanus, patria Olyssiponensis, XXIII. annos natus, Iuris civilis scientia instructus (quam duobus annis in Academia Conimbricensi professus fuerat) atque aliis etiā ingenuis artibus expolitus, in Societatem se tradidit, anno salutis M.D. LVIII. Exinde ex Hispania in Sardiniam nauigauit, vt Sacerensis Societatis Collegij (quod omnium primum in ea insula est constitutum) iaceret fundamenta: quo in munere, atque in excolendo agro illo rudi ac fentibus obsito, praeclarè se gessit. Ex Sardinia in superiorē Germaniam traecit, vbi plurimos annos multum posuit opera studiisque in Catholica fide conservanda tuendaque. Namque Maria Augusta sanctissima femina, nostræque Societatis amantissima, eo familiariter vsa est: à qua deinde ad Catholicum Regem Philippum germanum fratrem missus in Hispaniam rediit, & ipsi deinceps Mariæ (qua etiā in Hi-

in Hispaniam venerat) usque ad obitum, obsequiū suum per alios viginti & amplius annos praefitit. Docuit in Societate Theologiam moralem duobus annis, fuitque Magister tironum.

Scripsit Latinè in Emondi Augerij *Catechismum* Commentarios, ex sacra Scriptura & sanctorum Patrum sententiis contextos, & ad refellendos Calvinistarum errores maximè appositos.

Scripsit etiam Hispance

De Sacrosancta Missa sacrificio lib. IV.

De milite Christiano lib. XI.

Conuertit præterea ex Latino in Hispanticum sermonem *Sixti Sententias* XXX. *Dorothei, Nili, Isagia, Abbatum libros ad spiritualia documenta.* Obiit Madridi mense Februarij anni M.DC.X.

FRANCISCVS ARIAS, natione Hispanus, patria Hilpalensis, vir iam matura etate sele ad nostram Societatem adiunxit: Philosophiæ ac Theologiæ studiis excultus, in Collegio nostro Triguerense Theologiam de moribus quattuor annos, non sine laude professus est, cuius Collegij & Gadirani item habendas rexit. Scripsit materna lingua, singulari ingenio, exquisita eruditione, eximia religione ac prudenter, libros duos, in quibus

De profectu spirituali, de oratione ac mortificatione, utilissima præcepta tradit. Item,

De Imitatione B. MARIAE: eiusdemque *Rosario.* in quibus diuinæ eius virtutes piè admodum docteque explicat, & omnibus imitandas proponit.

Item *De presentia Dei:* &

De sui diffidentia.

Tractatum item *de fidelitate ac granitate peccati.* Qui tractatus iam magno Ecclesiæ militantis bono trans

trans Pyrenæos Latinè & Gallicè transcriptus legitur. Fuit vir cùm varia eruditione tum vitæ integritate admirandus ; religiosæ paupertatis amans, obedientiæ tenax, salutis proximorum cupidus, sui contemptor egregius, mortificationis studiosus , quam magis moribus quām verbis docuit; denique indefessus operarius CHRISTI, pro cuius gloria XLIV. annos strenuè in Societate nostra laborauit : atq; ætatis anno LXXII. feliciter obdormiuit in Domino, Hispali XXIII. Maij , anno salutis M. DC. V. non sine magna opinione sanctitatis; concurrentibus ad eius funus populis, ac multis lacrymis beati virti memoriam prosequentibus, ac de eius vestibus certatim aliquid auferre conantibus,

FRANCISCVS BENCVS, natione Italus, patria ab Aqua-pendente, egregius Poëta & Orator insignis, vt auditor ante à M. Antonij Mureti, enutritus iuuenis in Societate. Elegant vir ingenio, & humanioribus studiis, quasi quodam naturæ impetu deditissimus. Edidit,

*Annuarum literarū de rebus Societatis Tom. IV.
Orationum ac Poëmatum Volumina duo.*

Quinque Martyrum ex Soc. IESV in India poëma.
Atque hæc quidcm exierunt in lucem. Sed manu-scriptos reliquit præclaros in omnes ferè M. Tullij Ciceronis Orationes , & in eiusdem atque Aristotelis Rhetoricañ Commentarios,

Denique in Collegio Romano , vbi permultos annos artem dicendi feliciter docuerat, excessit è vita, anno salutis M. D. XCIV. ætatis LII.

FRANCISCVS BONALDV, natione Gallus, patria Mimatenfis, apud Gabalos Collegis Billomensi & Camberiensi præfuit. Scripsit Gallice

Praxim

Praxim spiritualem, seu Institutionem Christianam.
Item in *Aue maris stella libellum*, cui titulus,
Stella mystica, quem Latinum fecit Franc. Dulcken, Carthusianæ familiae in Vbiis monachus.

FRANCISCVS BONAVENTVR, natione Hispanus, patria Segobiensis, adolescentulus ad nostros additus est , anno salutis M. D. LXVI. Vir fuit cùm aliis litteris egregie eruditus, tum maximè Theologicis quæstionibus , quæ ad mores referuntur ; qui postquam studiorum suorū spatio decurrit, sacram Theologiam & Compostellæ & Salmanticæ professus est , atque Legionensis Collegij habenas moderatus : sed moribis conflictatus, & viribus exhaustus, dum celum mutat, & temperatiorem regionem ac benigniorem querit, ad imbecillam tuendam valitudinem , in Toletana nostra Professorum domo, breui nobis morte erectus est x v. Ianuarij , anno salutis M. D. XCII. magna Societatis ac Reipub. industria. Scripsit, sed non emiit,

*In extranagantem Gregory XIII. quæ incipit:
Ascendente Domino, (in qua Pontifex institutum Societatis declarat, & denuò confirmat) pereruditam explicationem. Item,*

Tractatus aliquot Moralium questionum insignes.

FRANCISCVS BORGIA, natione Hispanus, patria Valentinus , sœculi nostri decus , & specimen sanctitatis , sacerdo Gandiae Ducatu , & amplissimis honoribus , opibus, deliciis, clientelis, ac familie sue ornamenti, CHRISTI paupertate ditior, & ignominia honoratior , singulati DEI vocatione & impulsu in recens natæ & nondum cognitæ atque explicatae Societatis obsequium se tradidit, anno salutis

litis M.D.XLVII. & tatis XXXVII. Cardinalitiam dignitatem, à Iulio III. Pontifice Maximo sibi oblatam, constantissimè repudiauit. Eiusdem Societatis in Hispania Commissarius Generalis fuit, Romę bis Vicarius, ac demum Præpositus ordine tertius Generalis; quod munus officij septem annos & tres menses sanctissimè gessit. Sed cùm ex longa & laboriosa, ad Hispaniarum, Lusitanicæ, Galliarum Reges legatione (qua iussu Pij V. Pontificis Maximi cum Cardinale Alexandrino functus futerat) in Vrbem, itinetis laboribus confectus, ager ac pñè exanimis tediisset, pridie Kal. Octobris sanctissimè excessit è vita, anno salutis M. D. LXXI. & tatis verò suæ LXI. propemodum expleto. Scripsit Hispanice, antequam saeculo nuntium remitteret, *Opuscula* quadam valde vtilia, ad formandos mores ac profectum spiritus pertinentia; quæ typis excusa habentur in manibus, ex quibus hæc sunt:

Sermo de verbis illis Luca xix. Cùm appropinquaret IESVS vidit cinitatem, & fleuit super illam.

Tractatus cui nomen est, Operum Christiani speculum.

Collyrium spirituale.

De preparatione ad saram Communionem.

Exercitatio spiritualis, ad sui cuiusque cognitionem.

Tractatus de Cantico trium Puerorum, quod incipit, Benedicite omnia opera Domini.

Reliquit præterea in Threnos Jeremia præclaras lectiones, sed inexpolas.

Meditationum item in Evangelia, quæ per annum Dominicis ac Festis diebus in Milla leguntur, Tomos II.

Item

Item *Tractatum peregregium de ratione concionandi*. Hunc And. Schottus, cum eiusdem Borgiae vita, Latinè reddidit; cetera Alphonsus Deza Theologus. Gallicè vero redditum Lugduni.

Prodiit quoque Romæ eius *Epistola* ad socios Aquitanos *De adiumentis conseruandi cum spiritus, tum vocationis Societatis*; quæ inter Præpositorum est i. v. Plura de clarissimo & laudatissimo Viro non addimus, quoniam eius Vitam quattuor libris comprehendimus.

FRANCISCVS DE CASTRO, natione Hispanus, patria Granatensis, in Societatem admissus est decima nona Martij, anno salutis M. D. LXXXV. & tatis verò XVI. Hic cùm ingenio valerer, & à superioribus Philosophicis atque Theologicis disciplinis esset destinatus, magno conatu, multisque precibus impetravit, ut erudiendæ iuuentuti per totam vitam addiceretur: itaque viginti duos & amplius annos in hanc piam atque perutilem occupationem impendit, in præcipuis Lusitanæ prouinciæ Collegiis.

Scripsit *Dialogos* i. v. *De arte Rhetorica*, qui anno M. DC. XI. exierunt in lucem.

Scripsit etiam suppetatio nomine *Libellum De syllabarum quantitate, deque Verificandi ratione.*

Habet etiam præ manibus opus præclarum, in tres Tomos diuisum, cui titulum fecit: *Chrysologia Hispano-Latina*. id est, *Locutiones aureæ*, tū ad rectè loquendum, numerosè dicendum, & facilè intelligendum, tum ad omnem antiquitatem, eruditio nem, & humanitatem in *Ciceronis operibus* dispersam explicandam.

FRANCISCVS COSTERVS, natione Belga, patria Machliniensis, viuente adhuc B. P. nostro IGNATIO,

100

tio, anno M. D. L I I . Romam venit adolescens, & in Collegio nostro Romano bonis artibus perpolitus est. Inde reuersus in patriam, Philosophiam Coloniae & Theologiam non sine laude docuit. Tum Præpositus Provincialis Rheni & inferioris Germanie, Provincias illas prudenter administravit; ac vitæ exemplo, magna doctrina, prælectionibus, concionibus, scriptis fidem Catholicam pro virtuti parte sustentauit, & multos à recta via aberrantes, ad portum salutis reduxit. De illius sinceritate, candore animi, modestia, pietate in DEV M, devotione in beatissimam Virginem M A R I A M, in proximos charitate, stui negleculi, aliorum aestimatione, & susceptis pro Religione Catholica laboribus, alij fortasse plura FRANCISCO mortuo prædicabunt, nos viventi adhuc parcimus. Scripsit haec etenus Latinè quidem hæc,

Enchiridion Controversiarum contra hereticos, sive
piùs auditi.

Item *Apologeticum* pro prima, secunda, & tertia parte *Controversiarum*, contra Franciscum Gommarum Caluinianum.

Libellum Sodalitatis B. MARIAE Virginis. qui antea dictus: *Institution ad pietatem Christianam*, ad Congregationem B. Virginis Annuntiatae.

Meditationes quinquaginta in vitam B. M A R I A E Virginis.

Meditationes item alias *quinquaginta in Passionem DOMINI.*

Item *in precationem Salve Regina, & Hymnum Ave Maris stella.*

Responsonem ad Analyticam assertionē And. Callic Caluinistæ contra *Enchiridion Controversiarū.*

Decla-

Declarationem Fidei contra hereticos Hollandos.
Responsonem ad Lucæ Osiandri stolidam Refutationem octo Catholicarum propositionum.

Refutationes duis Responsonis P. P. Coci, ad ipsius quinque Propositiones.

Conciones uberes in Dominicas anni & Festa, in 111. Tomos distributas. Primus Tomus continet Conciones in Euangelia à Dominica prima Aduentus usque ad Quadragesimam. Secundus, ab initio Quadragesime usque ad Dominicam sanctissime Trinitatis. Tercius, à Dominica post festum sanctissime Trinitatis usque ad Aduentum, Latinè & Belgicè: qua lingua etiam sequentia exierunt;

Catechismus breuior, & prolixior alter.

Demonstratio Catholica Religionis, cù breui Responso ad centum mendacia hereticorum antitheseon.

Apologia Catholica ad hereticum libellum Gasp. Greuinchorum.

Apologia secunda ad Greuinchorium.

Apologia pro supradicta Demonstratione contra hereticum libellum Gasparis Greuinchorij: cum Epistola ad Ordines Hollandie, ac Responso ad sententiam Senatus Leydensis contra Petrum Pan, qui finitur à Iesuitis inductus ad mortem Comiti Mauricio inferendam: quæ & Latinè reddita, Sica Tragica ab Ægidio Schondoncho inscribitur.

Tractatus de Indulgentiis.

Aduersus Responsonem Petri Cock.

Epistola ad Greuinchorum.

Item contra Iacobum Molanum *Apologie dua.*

Refutatio v 111. Oppositionum ignoti hereticici Caluinistæ.

Responso de septem Apostatis.

Scholia in ea Bibliorum loca, quæ ab hereticis rapi in Controversiam solent, Belgicè meditatur.

FRANCISCVS FAVARDVS, natione Gallus, perfecto litterarum Humaniorum & Philosophiae cursu, ac legum studiis, cum iam Patronum in Senatu Burdigalensi egisset, dedit se in Societatem, anno M. D. LXXXVII. exeunte. Vitam B. P. nostri IGNATII per Petrum Ribadeneiram Latinè conscriptram Gallicè dedit, idiomate terso, suo non ascripto nomine.

FRANCISCVS GOMETIVS, natione Hispanus, patria ex oppido Fregenal; quod ad radices montium Marianorum situm, Prouinciae est quam vulgo *Estrémaduram* vocant. Hic postquam eximio ingenio, excellenti memoria, indefesso studio Philosophicas atque Theologicas litteras feliciter Salmanticæ didicit, & hortatu Ioannis Auilæ præstantissimi sanctitate atque doctrina virti felicius Cordubæ professus est; ubi inter alios præclaros discipulos, Franciscum Toletum eum qui posteà Societatis nostra ac S. Rom. Ecclesiae Cardinalis fuit, auditorem habuit. Annos natus xxxv. sese nostris adiunxit, eodem Ioanne Auila auctore, anno salutis M. D. LIX. Post ingressum in Societatem, vix dici potest quantos in omni genere virtutis processus fecerit, quo spiritu ea inter se copulauerit, quæ maximè diversa videntur; insignem nimirum eruditionem, cum admirabili humilitate; singularem prudētiā, cum rara simplicitate; morum eximiam grauitatem cum summa lenitate; studium orationis, cum operibus charitatis, sui denique per omnia cōtemptum, cum præclara existimatione, quam de illo omnes habebant, domestici, exteri, magni, parui, docti, indo-

indoctique. Multos annos rōstro in Collegio Cordubensi magna cum laude D. Thomam interpretatus est; ad illumque, tamquam ad oraculum, non solum ex vniuersa Bætica, sed ex remotioribus etiā Prouinciis, quæstiones de moribus, & variarum ac difficultium rerum consultationes referebantur. Denique cum sanctitate atque eruditione floreret, maximaque omnium admiratione, ac Rectoris munere fungeretur; immatura morte ereptus nobis est vir sapientissimus, in ipsis feriis D. Thomæ Apostoli xxii. Decembr. anno salutis M. D. LXXVI. ætatis LIII. magno omniū mœrore ac luctu, prosequētibus eius funus Episcopo, Clero, Inquisitoribus, Religiosis, Nobilitate, atque vniuersa Cordubensi ciuitate. Reliquit GOMETIVS multas lucubrationes, quæ lucem haçenus non aspexerunt, sed in Bibliotheca nostra Cordubensi ascruantur.

FRANCISCVS GVTIERES, natione Hispanus, patria Sarabi regni Valentini (vulgò *Xatina*) natus, conscripsit, nondum edidit *Commentaria in decem priora S. Matthei Euangeli capita*, quæ expectantur. Obit Vrgellis anno M. DC. IX. mensē Nouembri.

FRANCISCVS PEREZ, De Orthographia linguae Castellanæ scripsit.

FRANCISCVS PLANTEDIVS, natione Italus, librum *Dionysij Carthusiani de quattuor nouissimis lingua vernacula loquentem* fecit.

FRANCISCVS RÉMONDV, natione Gallus, patria Diuionensis, in Italia studiis claruit, Societatique aggregatus, venusta pangit *Epigrammata*, quæ & lucem variis in locis aspexerunt. *Orationes adhæc* sacras vñā euulgauit. Philosophiam Romæ docuit, Scholasticam verò Theologiam tredecim an-

nis continuis tum Patauij, tum Parmæ, tum denique in vrbe Burdegalensi magna cum laude professus est, ac profitetur. Qui etiam Patris nostri Generalis voluntate curriculum Philosophicum litteris consignandum suscepit.

FRANCISCVS RIBERA, natione Hispanus, patria ex oppido Castellæ Villacastin, vir fuit egregiè doctus ac pius: primum in Salmaticensi Academia optimis præceptoribus operam dedit, in Collegium deinde sancti Iacobi Zebedæi ab Alphonso Konseca Archiepiscopo Toletano erectum cooptatus est; postremò etatis anno xxxiiii. probè scientiis excultus ac Docto[r] Theologus in Societatem admis-sus est. Sed cum eadem Societas sacræ Scripturæ scholas Salmanticæ habere statuisset, RIBERA tamquam idoneum Præceptorem, & Latinae, Græcae, atque Hebraicæ lingua cognitione præstantem, ei muneti præfecit; quod quidem, exquisita eruditio-ne cum pari religione coniuncta, permultos annos obiuit. Erat enim ingenio excellenti, iudicio acri, tenaci memoria, sanctorum Patrum lectione atque observatione instructus, singulari modestia, animi candore, deiectione, ceterisque religiosis virtutibus cumulatus. Scripsit insignes *in duodecim Prophetas Minores Commentarios*, sensum eorumdem Prophetarum Historicum & Moralem, sèpè etiam Allegoricum complectentes. quod opus in compendium redactum *Commentarios historicos selectos* inscribunt.

Commentarios item in sacram B. Ioannis Apostoli & Evangelista Apocalypsim.

In Epistolam item B. Pauli ad Hebraos.

De tēplo Salomonis, & his qua ad tēplū pertinēt, li. v.

Theresa

Theresa Carmelitarum excalceatarum parentis & fundatrix vitam Hispanicè persecutus est. Obiit Salmanticæ, anno salutis m. d. xc. etatis LVII.

FRANCISCVS RODRIGVEZ, natione Hispanus, librum *Hieronymi Plati De bono status Religiosi Hispanicè* reddidit.

FRANCISCVS SCRIBA, natione Hispanus, patria Valentinus, cum esset genere, ingenio, vita integritate nobilis, & Humanis Diuinisque litteris probè excultus, & in Academia Complutensi Doctoris Theologi lauream, atque in patria Canoniciatum Valentiniū consecutus, magna omniū admiratione anno salutis m. d. LXXIX. omni sæculi vanitate reiecta, ad CHIRISTI vexillum conuolauit, ut in nostræ Religionis paupertate inueniret, quod mundi diuinitæ præstare non possunt. Vituit adhuc: itaq; nihil de illius virtutibus dicam. Rectoris Collegij nostri Valentini & Cæsaraugustani munere functus est: Sacras litteras magna cum laude, Verbumque Dei de superiori loco Ecclesiastesegregius explanauit. Scripsit Hispanicè,

De quattuor Nouissimis Discursus (sic enim vocantur) pietate, eruditione, breuitate, ac perspicuitate eximios, & ad formandos diuini verbi declamatores appositos, quorum hactenus *de Morte & de Judicio* editi sunt.

FRANCISCVS SACCHINVS, natione Italus, diœcesis Perusina. edidit *Orationem funebrem*, in obitu Io. Francisci Aldobrandini habitam.

Texit *Historiam Societatis* ab obitu B. Patris nostri IGNATII, quòd peruerterat Nicolaus Orlandinus.

FRANCISCVS SCUDERIVS, natione Hispanus, patria ex oppido de la Parra, diœcesis Conchensis.

Vir fuit pietate & animarum zelo laudabilis, qui
xxii. annorum cum esset, ingressus est Societatem, in qua magna cum religioꝝ vitę modestia atque edificatione vixit, usque ad ætatem lxxii. annorum, in qua piè mortuus est. Scripsit Hispаниcè,
Utan S. Iuliani Conchenis Episcopi.

FRANCISCVS SOLERIVS, natione Gallus, diœcessis Lemouicensis, *Vitas P. Iacovi Laynez secundi, & P. Francisci Borgiae tertij Præpositi Generalis nostre Societatis, à P. Petro Ribadeneira Hispаниcè conscriptas, in Gallicum sermonem transtulit, ut & libellu eiusdem De Tribulatione. Præterea, Iulij Facij*

De Mortificatione. ac,

Bartholomai Riti institutiones meditandi.

Luca Pinelli lib. iv. de perfectione Religiosa.

Tria item volumina *Meditationum P. Vincentij Bruni* rededit in compendium. Item,

Martyrologium Romanum, & alia nonnulla ad renovationem spiritus, & ad nostrorum in India & Iaponie statum ac progressum pertinentia, Gallicè vertit.

FRANCISCVS SVAREZ, natione Hispanius, patria Granatensis, prima ætate vix exacta, Deo se in Societate sacravit; & per omnes disciplinarum Humanarum atque Diuinarum gradus ad culmen Sapientię ascendit. Philosophicas scientias publicè docuit, Theologicas Pinciaꝝ, Romiaꝝ, Compluti, Salmanticaꝝ doctissimè professus est, & nunc denique Conimbricæ profitetur, vbi primariaꝝ Theologie cathedrę magna cum laude praeest. Atque his publicè legendi multorum annorum non contentus laboribus, animum ad ea scribenda transtulit, & in vulgus publicanda, quę summo ingenio, acri iudicio, maximo studio, diuturna lectione, & accurata medi-

meditatione collegerat. Itaque multa in hunc usque diem scripsit, doctorum virorum iudicio eruditissima. Ex quibus haec sunt,

In Metaphysica Aristotelis Tom. ii.

Opusculorum Tom. i. in quo haec tractantur:

De concurſu, motione, & auxilio DEI, lib. iii.

De scientia DEI futurorum contingentium lib. ii.

De auxilio efficaci i.

De libertate divine voluntatis.

De reuulsientia meritorum.

De Inſtituta DEI,

Commentariorum ac Disputationum in tertiam partem D. Thome priorum xxvi. questionum eius partis expositionem complectentium Tom. i.

Commentariorum ac Disputationum in tertiam partem D. Thomas secundus Tomus, Mysteria vitę CHRISTI, & utriusque aduentus eius, accurata disputatione continentium.

Commentariorū in tertia partē D. Thome, Tom. iii. qui est De Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de Eucharistia, ac de Sacrificio Missa.

Commentariorum in tertiam partem D. Thome Tom. iv. qui continet ab lxxxiv. quæſtione usque ad finem, cum Disputatione de virtute Pænitentia.

Adduntur deinde *Disputationes de clavis, ac Sacramento Pænitentia.*

De Extrema unctiōnē.

De Purgatorio.

De Suffragiis & Indulgentiis.

Disputationum de Censuris in communi, Excommunicatione, Suspensione & Interdicto, item, de Irregularitate, Tom. v. additus ad tertiam partem D. Thomę.

Item in primam partem D. Thome Commentarios de

*de Deo uno & trino edidit; in reliqua adornat. item
De virtute & statu Religionis Tomos I. &
De Legibus & Deo Legislatore libros x.*

Et quoniam modestissimus atq; sapientissimus Pa-
ter in viuis adhuc est, nihil de illius virtutibus dicā,

FRANCISCVS TOLETVS, sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalis, natione Hispanus, patria Cordu-
bensis, vir fuit doctissimus, & cùm aliis, tum verà
Philosophicis ac Theologicis litteris ornatisimus.
Hic postquam Philosophiæ Cathedram Salmanti-
cæ tenuit, & publicè Aristotelem est interpretatus,
anno salutis M. D. LVIIII. saeculo nuntium remisit,
& in Nouitiorum Societatis domū Simancam com-
migravit, vbi probatus est, & ad normam nostræ
Religionis formatus. Exinde Romam venit, & in
Collegio nostro Romano per multos annos docuit:
primum quidem Artium cursum (vt vocant) sive
Aristotelicam disciplinā; deinde D. Thomæ Theo-
logiam; tum varias & multiplices, atque implexas
de moribus quæstiones, magna sapientiæ opinione
explicauit. Postremò à Pio V. Pontifice Maximo
anno salutis M.D. LXIX. accessitus est, vt in Sacro
Palatio Concionatoris munus obiret, quod tanta
cum laude præstítit, vt per totos xiv. annos apud
Pium ipsum Quintum, Gregorium XIIII. Sextum
Quintum, reliquosque succedentes Pontifices, in
Apostolico Palatio, maximo Cardinalium, Præla-
torum, Oratorum, & clarissimorum virorum con-
cursu, verba fecerit; & auditorum animos in ad-
mirationem adduxerit, non vlla verborum elegan-
tia, sed sententiarum grauitate, reconditæ doctrinæ
excellentia, ordinis dispositione, ingenij perspicui-
tate ac magnitudine, Quo etiam tempore Pœnitentie-

tariæ (sic enim vocant) sive casuum Conscientiæ
Prætorij, & sanctæ Inquisitionis Confiliarius fuit.
In Poloniam, & in Germaniam, tum superiorē, tum
inferiorē, missus à Sede Apostolica est, pro-
pter causas publicas Ecclesiasticas, quas feliciter
transfigit. Denum anno salutis M. D. XCIII. magno
merore Societatis, extimescentis ne alii hoc exem-
plu aliquu ad ambitionē fenestra aperiretur, à Cle-
mente VIIII. Pontifice Maximo in sacrum S. R. E.
Cardinalium Collegium cooptatus, & ad summum
gratice fastigium euectus, triennium tantummodò
superuixit, & Romæ x iv. Septembri, anno salutis
M. D. XCVI. vita deceſſit. Scriptis FRANCISCVS To-
LETVS antequam effet Cardinalis,

Introductionem ad Logicam.

In Logicam Aristotelis.

In octo lib. Physicorum.

In lib. de Generatione & Corruptione.

In lib. de Anima.

In Euangeliū D. Joannis. Atque hæc quidem
sui ingenij monumenta viuens edidit, & in omnium
manibus sunt. Alios item reliquit Commentarios:

In Duodecim capita Euangeliū D. Lucae.

In Epistolam ad Romanos.

Summam casuum conscientie. Quæ post eius obi-
tum exierunt in lucem: quibus accesserunt eiusdem
Cardinalis Sermones x v. in Psalmum primum & tri-
gesimum, & in duo Epistole ad Romanos loca Tracta-
tus. Reliquit Præterea Concionum Tomos aliquot,
sed impolitos, & quibus extrema desit manus; & in
yniuersam D. Thomæ Theologia summam, sua ipsius
manu exaratos Commentarios, qui in Romani Col-
legij Bibliotheca afferuantur.

FRANCISCVS TURRIANVS, natione Hispanus, patria Legionensis. Vir omni disciplinarum genera excellens, Philosophus ac Theologus eximius, Græcæ linguæ peritia atque exquisitarum & reconditarum litterarum cognitione cum paucis conferēdus, curiosus Antiquitatis indagator, diligentissimus in bibliothecis latentium & cum tineis blattis que luctantium voluminum SS. Patrum atque acerrimus inuestigator. Itaque celeberrimas totius Italæ & maximè insignes bibliothecas pñè omnes peruelutauerat, excusserat, & quasi helluo librorum deuorarat, præcipuè verò Græcorum, & vulgo ignoritorum auctorum. Cùm autem non vulgaris doctrinæ opinione floreret, ac plurimis editis libris sui admirationem commouisset, & suam in Concilio Tridentino, missus à Summo Pontifice, cum reliquis Theologis sententiam dixisset, præcipitata ætate, ac senio pñè confectus, ceruicem suauí Domini iugo Romæ subiecit, anno salutis M. D. L X V I. ipso Natalitio Domini ac Redemptoris nostri die, & veteranus iam atque emeritus miles, nouam tiro militiam suscepit, & cum nouitiis nostræ Societatis CHRISTI vexillum sequi constituit: quod & fecit singulare humilitatis, modestiæ, atque obedientiæ exemplo. Scriptis antequam admissus esset in Societatem libros pereruditos; ex quibus sunt,

De Summi Pontificis supra Concilium auctoritate.
De actis Nicena Synodi, deque Canonibus, quæ eiusdem Synodi esse feruntur: & de Septima ac multiplici Octana Synodo.

Dogmaticum de electione divina,
Dogmaticum de iustificatione,
De residentia Pastorum.

De dogmaticis characteribus Verbi Dei lib. iv.

De commendatione perpetua administrationis Ecclesiæ vacantium, & residentia Pastorum extra oculæ sua. Opuscula item varia:

De votis monasticis.

De inuolabili Religione votorum Monasticorum.

De cœlibatu.

De Matrimonii clandestinis.

Et hæc quidem ante ingressum in Societatem. Post ingressum verò scriptis,

Apologeticum pro libro De residentia Pastorū. &

Librum De sola lectione Legis & Prophetarum Iudeis permittenda.

De Hierarchicis ordinationibus Ministrorum Ecclesia Catholica, aduersus Schismaticas vacationes Ministrorum & Superintendentum haeticorum.

Aduersus Magdeburgenes Centuriatores, pro Canonibus Apostolorum, & pro Epistolis Decretalibus Pontificum Apostolicorum lib. v.

Aduersus capita disputationis Lipsiæ prioris posteriorisque Andrea Freybabij de Ecclesia, & de ordinationibus veterum Ministrorum Ecclesie, lib. iv.

Apostolicarum Institutionum de Catholica doctrina Clementis Romanil lib. v i i i. adiunctis ad finem xxv. Canonibus Apostolorum, ipsomet F R A N C I S CO interprete, è Græco cum Scholiis & observationibus, ad confirmanda dogmata Orthodoxa contra haeticos; typis Plantinianis: & Græcè Venetiis cum Scholiis.

Canones Concilij Niceni lxxx. ex Arabico in Latinum conuersi & recogniti.

Sancti Diadochi Episcopi in veterè Epiro Illyrici capita c. De perfectione spirituali in Latinum trans-

tinum translatā ab eodem TURRIANO.

Sancti Nili Capitā c. l. de Oratione ad Deum, eodem interprete.

Interpretatus est quoque *Ioannis cognomento Sapientis*, *Cyparissioti* decades decem, continentēs expositionem materiarum earum, quæ de Deo dicuntur; eaquæ Scholiis illustravit.

Eiusdem TURRIANI *Tractatus de sanctissima Eucharistia duo*, contra Andream Volanum Polonum Caluini discipulum.

Apologeticus contra Boquinum Bituricensem sectę Zwinglianę, qui nomen *Societatis IESV* calunniabatur.

De Ecclesia Catholica & eius Pastore Episcopo Romano, aduersus nugatorias canulationes *Antony Sadellis*, libri v. in quibus varij ac multiplices errores illius refutantur.

Epistola ad Episcopum Laodicensem de Reditibus Ecclesiasticis, & de ratione eis utendi.

Epistola de definitione propria Peccati originalis, ex sancto Dionysio Areopagita, & de Conceptione beatissima Maria Virginis.

Epistola contra Vbiqueistas & Arrianistas.

Responso Apologetica pro domo Lauretana, ad Capita Petri Pauli Vergery heretici.

Versio aliquot Græcorum Patrum è Græco in Latinum, quos partim in Annales Ecclesiastes ilustrissimus Baronius Cardinalis, partim in antiquas Lectiones Henricus Canisius I. C. retulit. Optandum itaque maximè, existere aliquem typographum diligentem, qui omnia TURRIANI ordine in classēs distributa Tomo uno & altero, bono Ecclesiæ simul euulgaret.

Deni-

Denique cùm ad extremam peruenisset ætatem, Romæ scribens, sanctè mortua est, ipso beatissimè Virginis MARIAE Præsentationis die: idq; non sine aliqua iplius Virginis in FRANCISCVM TURRIANVM benevolentiae significatione. Nam cùm Pius Quintus Pontifex Maximus ex Breuiario festum Præsentationis tāquam minùs antiquum extinxisset, TURRIANVS noster ex recondito illo suo Antiquitatis penū vetustissimos auctores & Græcos & Latinos deprompsit, corumque testimoniis probauit Festum Præsentationis diem, vereribus atq; sanctissimis Patribus & olim cognitū, & laudibus celebratum. Itaque exquisita eruditione, industria, diligentia, & maxima in B. Virginem dcuotione perfecit, vt festus dies iam abolitus, in vsum denuò reuocaretur, atque Ecclesia Catholice restitueretur: quam eius pietatem sanctissima Virgo grata habuit, & (vt par est credere) in ipso met festo die, quem ipse tanto conatu defenderat, vt ad feliciorē vitam commigraret, suis precibus impetravit, anno salutis M. D. LXXXIV.

FRANCISCVS XAVIER, natione Hispanus, patria Nauarrus, vir planè Apostolicus, & sæculi nostri lumen. Adolescens studiorum gratia à parentibus Parisiensem in Academiam missus est, vbi Philosophicas & Theologicas disciplinas egregiè didicit, Philosophicas etiam publicè professus est. Quo tempore B. P. nostro IGNATIO eiusdem cubiculi socio familiarissimè vsus, huius XAVERIVS virtutis & sanctimoniorum admiratione ita captus est, vt se illius potestati permetteret, & ad constituendam Societatem, Collegam adiungeret. Deinde exædis studiis, Gallia felicita, peragrata Italia, vbiique perfec-

etæ

et humilitatis, siveque victorię impressis vestigiis, à PAVLO III. Pont. Max. IOANNIS III. Lusitaniae Regis rogatu in orientis Solis Indiam ablegatus est: ubi incredibile est quos labores tulerit, quas molestias denorarit, quot populos Euangelij luce perfuderit, quam multos filios CHRISTO pepererit, quam turbulentis tempestatibus iactatus, quantum miraculis & viuis & mortuus nobilitatus sit. Goënsi in civitate (quae Regia & Lusitanici in Oriente caput Imperij est) Religionem Christianam, Collegio Societati exadficato, stabiliuit. In Commorini ora ex l. Ecclesias constituit. Malacam & ad pietatem erudiuit, & precibus tutatus est. Malucas insulas perlustrauit. Truculentos Mori insulæ habitatores ac Barbaros mansuefecit. In Iaponem primus cœlestis Doctrinæ lumen inuexit. Multos Reges idololatrias CHRISTI iugo subiecit. Deniq; in latissimi Chinensis Regni (quod CHRISTI armis expugnare parabat) aditu sanctissimè vitam profudit, secunda die mensis Decembris, anno salutis m. d. l. i. i. ætatis LV. Porro submissio animi, DEI charitas, animarum zelus, magnanimitas, fortitudo, patientia, perpetuum orationis studium, vitae asperitas, Evangelicæ paupertatis amor, ceteraque omnes virtutes tantæ tamque eximiae in FRANCISCO erituerunt, vt oratione vix explicari, nedum ornari posse videantur. Pauca nos sanctissimi viri virtutum ornamenta in libro De vita B. P. nostri I G N A T I I breuiter perstrinximus, & Horatius Tursellinus è nostra Societate, sex libris editis X A V E R I I mores, vitam, obitum, miracula luculenter litterarum monumentis commendauit; idque postea præstitit Ioannes Lucena Lusitanus decem libris, materna lingua, è nostra

nostra item Societate. Scriptis FRANCISCUS Quatuor libros Epistolarum admirabiles, cælestem spirantes spiritum, & diuinæ prudentiæ refertissimos, qui ab eodem Horatio in Latinam linguam ex Hispana conuersi, in manibus sunt.

FRONTO DUCÆVS, natione Gallus, patria Burdigalensis, vir eruditus, Theologus, & totius Antiquitatis cognitione maximè nobilis. Scriptis,

Collectanea in Clementem Alexandrinum suppresso nomine. Item,

Sancti Antonij Abbatis Melissas, seu sermonum & Locorum communium libros duos, qui Tomo v. Bibliothecæ sanctorum Patrum habentur, ad Græcorum Doctorum fidem reuocauit, atque Annotationibus illustrauit: vt & *Maximi Sententias* ibidem restituit.

Notas in prima capita D. Irenæi, & in multa sanctorum Basili & Gregorij Nysseni loca.

Opuscula quinque D. Gregorij Nysseni, & x x x. Homilia D. Chrysostomi, è Græco in Latinum vertit. Et nunc Homiliarum omnium Chrysostomi Græcè & Latinè primum volumen emisit: alterum verò cum Epistolis eiusdem Sancti expectamus.

Duas item *Gregorij II Pont. Max. Epistolas ad Leonem Isauricum.* de quibus Cardinalis Baronius Tom. 9. Annalium Ecclesiast. honorificè mentionem faciens, *Acceptimus, inquit, ipsas Graecæ scriptas in Bibliotheca Cardinalis Lotharingia, inde deproprias, atque in lucem editas à viro insignis doctrinae ac pietatis Frontone Duceo Societatis IESV Professore, qui & easdem in Græcum translatas restituit Latinatitati.* Hæc illæ.

Gallicè quoque exhibuit *Inuentarium*, vt vocat, corum,

eorum, quæ falsò de *Eucharistie Sacramento* citarat
Plessius secta Caluinianus, duobus voluminibus.

FVLVIUS ANDROTIVS, natione Italus, patria Pi-
cenus, cùm esset Ecclesiæ Camarinensis Canonicus
Societatem nostram amplexus est, in qua duos alios
germanos fratres habuit, Hortensium qui Tibur-
tini Collegij Rector fuit, & Curtium. Ipse verò FVL-
VIUS Ferratiensis Collegij habenas perdiu rexit,
sancteque in eo cessit è vita. Scriptis materna lin-
gua. *De frequenti communione.*

Meditationes perutiles de Passione Domini. Item,
De Institutione Vidua.

FVLVIUS CARDVVLVS, natione Italus, patria
Narniensis, in Collegio nostro Patauino Humanio-
ribus litteris cùm vacaret, nostrorum exemplo com-
motus adolescentis viginti fermè annorum, se illis
socium adiunxit, anno salutis M. D. XLVI. Deinde
grauiores disciplinas didicit, Poëta & Orator clari-
rus eiusfuit, atque Romæ nostro in Collegio permul-
tos annos Artem dicendi & Poësim præclarè docuit;
& vergente in senium ætate, piè vita functus est.
Reliquit, non tamen edidit.

Orationes multas in Cardinalium conuentu ha-
bitas, & *Poëmata varia.* Scriptis etiam,

*Historiam de inuentione sanctorum Martyrum
Abundij & Abundantij, ac de Translatione facta Ro-
me* in ædem Farnesianam Societatis IESV. Item,

*Passionem sanctorum Martyrum, Getulij, Sym-
phorosa, ac septem filiorum:* quam Notis & digre-
ssionebus illustrauit, de *Tiburis* oppidi antiquitate
differens eruditè. Eius quoque paucula *Epigram-
mata* ab aliis sunt edita.

G.

GABRIEL VASQUEZ, natione Hispanius, patria
Belmontanus, vir magni ingenij, assiduè atque
exquisitæ lectionis, & in peruestigandis atq; eruendis
sanctorum Patrum reconditis sententiis summè
diligentiae. Hic adolescentulus cùm esset, & XVIII.
tantum annos natus, Compluti se nostræ Societati
addixit, & in Philosophicis atque Theologicis di-
sciplinis diligenter exercuit. Sed cùm ingenio atque
eruditione præstaret, & in Collegiis Ocanensi &
Madritano primū doctrinæ suæ rudimenta po-
suisset, posteā in Collegiis nostris Complutensi &
Romano sacrâ D. Thomæ Aquinatis Theologiam
professus est, maxima auditoru admiratione ac fru-
ctu; in qua quidem præclara functione XXIX. am-
plius annos contriuit. Complutensem Academiam
prælectionibus, disputationibus, responsionibus,
scriptis etiam illustrauit. Scriptis enim,

De cultu Adorationis lib. IIII.

*Disputationes duas contra errores Felicis & Eli-
pandi de adoptione & servitute CHRISTI, in Concilio
Franciscindensi damnatos.*

Commentariorum in primam partem D. Thoma
Tom. duos.

Commentariorum in primam secundam D. Thoma To-
mum unum. Atque hæc quidem ipso viuente in lu-
cem edita sunt, sed cùm secundum Tomum in pri-
mam secundę D. Thomę, & tres alios Commentario-
rum Tomos in tertiam partē paratos haberet, ut pre-
lo subiiceret, ecce immatura mors GABRIELEM no-
strum repente nobis eripuit XXII. Septembri,

anno salutis m. DC. IV. ætatis LV. magno nostris atque studiosis omnibus sui reliquo desiderio; & cunctorum ordinum Religiosis viris, disciplinarū Professoribus, Doctribus, Canonicis, Ecclesiastico atque Sæculari magistratu, vniuersa denique Complutensi Academia, funus illius prosequentibus. Et quidem meritò: nam præter eximiam, exquisitam, & reconditam eruditionem, summumq; ingenium & iudicium, vir fuit vita integritate singulari, candore animi atque sinceritate admirabilis, paupertatis amans, obediens tenax, ambitionis omnisque fastus contemptor egregius; vt in illo virtus cum doctrina, obediens cum ingenio, pietas cum sapientia certasse videatur. Sed GABRIEL VASQUEZ, etiam mortuus, in hominum memoria æternum vivet; atq; præclaris ingenij doctrinæque monumentis iam editis, breuique edendis, à sacræ Theologie candidatis magna cù laude perpetuò celebrabitur. Post eius mortem, *Tomus alter in primam secundam D. Thome* exiit in lucem: & *primus in tertiam partem*, qui est de Incarnatione.

GASPAR ASTETIVS, natione Hispanus, patria Salmanticensis, XVII. annos natus Societatem nostram ingressus, in eaque litteris probè excultus est. Vir fuit planè religiosus, & ad iuuenum studiosorum animos ad virtutem excitandos, magnæ dexteritatis atque industria. Itaque vt quibus voce profuerat, stylo etiam prodesset; scripsit,

De tribus statibus.

De Educatione Puerorum.

Catechismum ad rudes.

Libellum precationum. Sexagenario maior ad celestes sedes Burgis migravit.

GASPAR

GASPAR BARZÆVS, natione Belga, patria Goëza, Zelandiæ oppido, à quo & insulæ illi nomen: indiuidius B. Francisci Xauerij socius, peregrinationumque in Euangelica apud Indos prædicatione comes, & segregatus tandem Goa in Armuziam destinatus: quod emporium portibus clarum & aduentantium copia diues, in Persici sinus freto situm, à Carmania quattuor lencis dissitum perhibetur. Præter Epistolas ad Xauerium, & huius levissim pluriimas ad illum, quæ in huius epistolis leguntur, & in Iaponicis, nullum admodum, in totantisque concionum occupationibus, ingenij existat monimentum.

GASPAR FERDINANDVS, natione Hispanus, patria Toletanus, P. Francisci Borgiæ assiduus comes, atque à Sacris confessionibus fuit. Vir planè religiosus, literatus, ac morum suauitate amabilis: qui post multas & longas peregrinationes, post varias gubernandi prælegendique curas, demum in patriam reuersus, anno salutis M. D. LXXV. mense Octobri, Toleti vita functus, in cælum, vti speramus, translatus est. Scripsit,

De Dialectica.

De statu & officio Cardinalium S. Romane Ecclesie lib. IIII.

De Immortalitate animæ. & alia nonnulla, quæ hactenus typis mandata non sunt.

GASPAR GONZALES, natione Lusitanus, vir omnino disciplinarum genere excultus, & ob eam causam studiorum formandorum gratia Romam accitus, Orationem habuit grauem pariter atque elegantem anno M. D. LXXXV. in aula Pontificia, cùm Iaponiorum Principum Legati sunt publicè excepti: quæ

tum Romæ, tum alibi à typographis vulgata est.

GASPAR LOARTE, natione Hispanus, patria Methymnensis. Vir pius iuxta & doctus, grandis iam natu, & Doctor Theologus, & in pietatis officiis benè versatus, auctore *Ioanne Auila*, viro Apostolico, cuius discipulus fuerat, Societatem concupiuit, & in eam admissus est, anno salutis M. D. L I I. Postea Romam profectus, & ab ipso B. P. nostro IGNATIO probè institutus, Collegiorum nostrorum Genuensis & Messanensis regendorum prouinciam sustinuit: denique in Hispaniam rediit, & Valentia annis grauis, & bonis operibus plenus, anno salutis M. D. X C I I. mortuus est. Scriptor,

De Afflictorum consolacione.

Meditationes in Passionem Domini, & Rosarium B. Mariae.

Exhortationes vita Christiana.

Remedia contra septem peccata mortalia.

Tractatus sanctorum peregrinationum, & de stationibus & indulgentiis in eis.

Admonitiones Sacerdotum. Quæcuius opera, Latino, Hispanico, Italico, & Gallico idiomate, aliqua etiam Germanico, excusa circumferuntur.

GASPAR SANCHEZ, natione Hispanus, patria Granatensis, postquam Philosophicas & Theologicas litteras in Societate didicit & professoris est, totum se ad verbum Dei in populis prædicandum contulit, in eoque munere per xxx. & eo amplius annos in Bætica, in Curia Regia, & Toleti felicissimè versatus est. Erat enim vir, præter eximiam morum integritatem & doctrinam, acuto ingenio, graui iudicio, optima memoria, rara prudentia, solitudinis amans, quietis appetens, & in diuinis Scripturis fiduè

fiduè legendis meditandisq; mirum in modū exercitatus, & ad permouendos sententiarum grauitate ac proprietate verborum auditorum animos efficax in primis & robustus. Qui demum Toleti, dum ad populum de loco superiori verba facere non desistit, tamquam fortis miles in pugna armatus occubuit, anno salutis M. D. X C I, ætatis LVIIII. Porro ex Concionibus GASPARIS SANCHEZ tumultuarie scriptis, & in aduersariis repertis, opera *Francisci Labate* nostræ item Societatis Theologi *Tomi duò Concionum* prodierunt in lucem, & tum in Hispania, tum in Italia typis excusi, GASPARIS SANCHEZ nomine circumferuntur.

GASPAR alter SANCHEZ, natione Hispanus, patria Nauarrus, ex oppido Cascante, duos de viginti natus annos, post liberalium Artium studia noster fit. Vir fuit sui contemptor, animarum salutis zelo ardens, instituti Societatis perstudiosus ac tenax, qui totam pænè vitam in pueris ad pietatem formandas, & litteris expoliendis miro humilitatis & Reipub, iuuandæ studio contriuit. In quorum usum aptissimum librum *Ciceronianarum Phrasum euulgavit*, & libellum item alterum Hispanico sermone, quem *Thesauro spiritalem Missæ inscripsit*. Denique Madriti xii. Martij anno salutis M. D C. I X. piè vitam cù morte cōmutauit, an. ætatis circiter LXVII.

GEORGIVS EBERHARDVS, natione Germanus, scripsit, *De voluntate Dei.*

GEORGIVS SCHERER, natione Germanus, patria Suevensis, prope Oenipontum Comitatus Tirolensis, in ipso adolescentiæ flore xx, circiter ætatis anno Societatem nostram complexus est; in qua mirum quantos in virtute atque doctrina progres-

sus fecerit. Græcas atque Hebraicas litteras, Dialecticam etiam, docuit per xl. annos summa cum laude; nec minore fructu concionatus est. Vir impiger, pietate insignis, laboribus patientissimus, atque mira eloquentia, qua valet plurimum, tum voce, tum stylo, ad permouendos animos. Collegium Vienense rexit, Vice-prouincialis munere functus est. Scriptit Germanicè,

Tomos duos Variorum Opusculorum contra hereticos.

Postillam itē in Euangelia, de Tempore & Sanctis.

Rationes decem instituti Festi ac Procesionum Corporis Christi.

In fabulam Papissę Ioannę.

GREGORIVS DE VALENTIA, natione Hispanus, patria Methymensis, ab ipsa pœnè infantia educatus est in Societate, & ad optimam religionis normam institutus. Vbi verò animum liberalibus disciplinis honestauit, & probitatis suæ specimen prebuit; in Germaniam missus est, vt sacram Theologiam nostris in Collegiis explicaret, & furentium hæreticorum impetum retardaret, iacentesque Catholicos excitaret atque erigeret: quod tam cumularè præstítit Dilingę primū, deinde Ingolstadtij post Hieronymum Torrenseim, prælectionibus, disputationibus, congressibus, scriptis denique, vt omnium Catholicorum animos sibi deuinxerit, & quæ maxima laus est, in odium hæreticorum incurrit. Omnibus enim aduersariis, contra quos scripsit, silentium imposuit. Scriptit,

Pro Societate aduersus admonitionem Smidelini Lutherani.

Analyſim fiduci Catholice lib. viii, comprehenſam;

sam; in quibus simul de Ecclesia, de Romano Pontifice, de Scriptura, de Traditionibus, de Concilis cispitat.

De sanctissima Trinitate lib. v. in quorum pestemo pestilens quidam liber, in Polonia editus, confutatur.

De vera CHRISTI Maiestate & presentia, contra Lutheranos Ubiqueſtas lib. i v. cum Epistola Francisci Turriani de eodem argumeto, ad auctorem scripta.

De rebus controvēſis ad materiam Sacramentorum pertinentibus lib. xviii.

De numero Sacramentorum nouæ legis lib. i.

De efficacia Sacramentorum nouæ legis lib. i.

De Baptismo parvulorum lib. i.

De reali presentia CHRISTI in Sacramento Eucharistia, & de conuersione panis & vini in corpus & sanguinem CHRISTI, lib. i v. contra Caluinistas.

De eodem argumeto libros alios i i i. in quibus continetur Examen & refutatio præcipui mysterij doctrinæ Caluinistarum, cum Responsione ad obiectiones Antonij Sadeelis & Fortunati Grellij.

De legitimo usu Eucharistia in altera tantum specie lib. i.

De sacroſancta Missa sacrificio lib. ii. contra Lutheri, Kemnitij, Herbrandi, & aliorum Sectariorum doctrinam.

De contritione ex pœnarum timore concepto lib. i.

De necessitate confessionis lib. i.

De satisfactione lib. i.

De ordinis Sacerdotalis & Episcopalis discriminatione lib. i.

De indissolubili vincula Matrimonij lib. i.

De Idolatria lib. v. in quibus cultus sacra Eucharistia, & Sanctorum, & sacrarum Imaginum ac Reliquiarum, aduersus Sectariorum contumelias defenditur.

De dñinis aliis materiais controversis lib. x. nempe;
De peccato originali lib. i.

De officio proprio CHRISTI Mediatoris ac Redemptoris lib. i.

De vera ac falsa differentia veteris & nouae Legis, contra fundamentum Lutheranæ & Caluinianæ doctrinæ lib. i.

De Gratia, Iustificatione, & Meritis lib. i.

De Praedestinatione & reprobatione lib. i.

De statu & votis Religiosorum hominum lib. i.

De Cœlibatu lib. i.

De potestate legis humana, præsertim Ecclesiastica, lib. i.

De Efficacia excommunicationis Ecclesiastica lib. i.

De Indulgentiis lib. i.

De Purgatorio lib. i.

Commentarium in primam partem D. Thome.

Explicationes in primam secundam D. Thome.

Disputationes in secundam secundam D. Thome.

Disputationes in tertiam partem D. Thome.

In hisce Commentariis siue Disputationibus ita stilum VALENTIA noster temperauit, vt solidam atque reconditam D. Thomæ doctrinam explicet, nimias & spinosas subtilitates circumcidat; & modum illum scribendi scholasticum & scabrosum, in faciliorem atque elegantiores commutet; vt & Catholicos illarum nationum magis ad legendum D. Thomam hac veluti illecebra alliciat, & hereticos ab eiusdem S. Doctoris doctrina abhorrentes,

ac

ac præfractos, si fieri potest, emolliat. Denique reuocatus sapientissimus Pater Romam, vita, doctrina, prælectionibus, atque etiam disputationibus coram Clemente Octavo Pontifice Maximo, & Cardinalium grauissimorumque virorum confessu, floruit: sed ex continuis studiorum laboribus, ac nimia contentione, morbum contraxit; & Neapolim ad recuperandam valerudinem profectus, magno sui bonis omnibus reliquo desiderio, piè sancte que mortuus est, anno salutis M. DC. III. XXV. Aprilis, ætatis vero L. I. V. Cui hoc Cenotaphium gratitudinis ergo Collegium Theologicum Ingolstadiense posuit.

GREGORIVS DE VALENTIA

E SOCIETATE IESV

METHYMNENSIS, HISPANVS,

S. THEOLOGIÆ DOCTOR,

INTER THEOLOGOS SVI TEMPORIS

NVL LI SECUNDVS,

PARISIIS VEHEMENTER EXPETIVVS,

A STEPHANO REGE POLONIÆ DIV POSTVLATVS,

PRÆCLARVM HVIVS ACADEMIÆ DECUS;

IN QV A ANNO XIIII. COMMORATVS CVM

S. THEOLOGIAM SEDECIM ANNIS CONTINVIS,

MAGNO AVDITORVM PLAVSV ET FRVCTV,

FECUNDISSIMAq. ERVDITIONIS PROPAGATIONE,

DOCVISSET, ATQVE INTERIM IN OMNI CONTROVERSIARVM RELIGIONIS GENERE CONTRA HÆRETICOS QVAM MVLTOS COMPLVRIBVS LIBRIS EDITIS NVMQVM NON VICTORE EREGIE DIMICASSET, VNIVERSAMQVE SCHOLASTICAM THEOLOGIAM QVATTVR COMMENTARIORVM TOMIS, COMMEMORABILI OPERE, ILLVSTRASSET, IMMORTALEM NOMINIS SVI GLORIAM ADEPTVS ANNO M. D. XCV III. SVPERIORVM SVORVM VOLVNTATE ROMAM AVOCATVS EST.

CVMQ. ILLIC PARTIM S. THEOLOGÆ PROFESSOR PARTIM SVPREMVS IN COLLEGIO SOCIETATIS STVDIORVM MODERATOR ALIQVAMDIV CLARISSIMVS VIXISSET,

DEMVM ASSIDVIS LABORIBVS FRACTVS, ET INVETERATA CONSUMPTVS ÆGRITVDINE, NEAPOLI, QVO VALETVDINIS CAVSSA ÆGER CONCESSERAT, E VIVIS SEMPER VICTVRVS EXCESSIT, XXV. APRILIS, ANNO M.DC. III. ÆTATIS LIV.

GEORGIVS MASTRILLVS, natione Italus, patria Nolanus, adolescentulus ingressus est Societatem. Post decursum studiorum, concionibus habendis vitam vtiliter traduxit, estque Vice-Præpositus Romanæ domus. Edidit Italicè ad vsum Concionatorum *Discursus* fermè xxx. de *Passione Domini*.

GVLIELMVS BAYLVS, natione Gallus, dicensis Aniciensis, vir Græcis atque Latinis litteris im-

pensè eruditus, Poëta insignis, ac concionator egregius. Scriptit librum idiomate Gallico

De vniuersis controvcrsis, quem typis mandauit.

item, *De arte Grammatica Gracorum*.

De accentibus, & de syllabarum quantitate Graecorum. Denique,

De Gracorum dialectis.

GVLIELMVS BROCHÆVS, natione Belga, Limburgi natus, in Societatem admisssus est Romæ, anno Ialutis M. D. LI. III. Maij. Obiit Treueris, anno M. D. LXXXIII. XXIX. Februarij. Scriptit,

Disputationes de Orationis vi ac necessitate.

De Sacramentis nouæ Legis.

De tribus bonorum operum generibus.

De Oeconomia verbi.

De Lege & de libertate Christiana.

De veritate corporis CHRISTI in Eucharistia.

GVLIELMVS DE PRETRÆ, natione Belga, patria Bruxellensis, Sacerdos in vinea Domini nauiter laborans Antuerpiæ, scripsit Belgico sermone in Sodalium B. MARIAE gratiam

Enchiridion Sodalitatis beata Virginis in Societate IESV.

H.

HENRICVS ADAMVS, natione Belga, patria Dionantensis, agri Leodiensis, parat doctum opus contra Ministros Monspelienses: estq; in Caldaicis, Syriacis, Hebreis, Græcis, Latinis, oratione soluta, & ad stricta numeris, apprimè versatus.

HENRICVS BLISSEMIVS, natione Germanus, patria Coloniensis, annos natus x v. in nostrorum numerum adscribi voluit, & impetravit: deinde &

ad

ad nostrum institutum conformatus, & bonis litteris feliciter institutus est. Itaq; Pragæ sacram Theologiam cum laude docuit, & Collegij Pragensis & Græcensis Rector fuit, & totius etiam Provinciæ Austriae Præpositus Provincialis. Edidit librum

De communione sub una specie. item,

De Ecclesia militante, contra Herbrandum.

Migravit è vita Græcij, anno salutis M. D. LXXXVI,

HENRICVS ENRIQVEZ, natione Lusitanus, patria Portuensis, à prima aetate nostrâ se Religioni sacrauit, in Philosophicis ac Theologicis disciplinis perfectè eruditus, eas etiam in Collegiis nostris Cordubensi ac Salmanticensi magna doctrinæ opinione publicè professus est. Scriptis

Summa Theologiae moralis Tomos IIII. in quibus paucis verbis rerum quasi summa in perstringit, & tamquam textum proponit Lectori. Deinde Annotationibus vberioribus enucleat, & auctorum testimoniis copiosius confirmat. quibus Tomis tribus hæc continentur :

De Sacramentis in genere.

De Baptismo.

De Sacramentis Confirmationis, & extrema Vnctionis.

De Pœnitentia.

De Clanibus Ecclesiæ.

De Indulgentiis.

De sanctissima Eucharistia.

De Missæ sacrificio.

De Sacramento Ordinis.

De Matrimonio.

De Censura excommunicationis.

De Suspensiōne & Interditio.

De Irregularitatis impedimento.

De fine Hominis.

De Pontificis potestate & electione.

De Censuris Pontifici reseruatis.

De Concilij auctoritate.

De Legibus.

HENRICVS PUTZIUS, natione Belga, patria Marchoduro, Menapiorum oppido ortus, & Matthias Putzij germanus frater, sub vexillo Societatis militare cœpit .xiiii. Decembris, anno M. D. XXCVI. vitamque reliquit Coloniae vi. Aprilis, anno M. D. XCVI. Fuit, sicut Matthias eius frater, raro atque excellenti ingenio. Scriptis *Tragediam Iosue*, aliaque nonnulla, carmine eleganti.

HENRICVS SAMERIVS, natione Belga, patria Luxemburgensis, Historiæ Ecclesiastice ac temporum in supputando peritissimus, edidit Antuerpiæ,

Chronologiam sacram ab orbe condito, usque ad Christum natum, confutatis multorum ad hanc diem calculis.

HENRICVS SOMMALIUS, natione Belga, patria Dinantensis, agri Eburonum, vir in eruendis castigandisque sacrorum auctorum scriptis diu multumque versatus, edidit,

Fasciculum diuini amoris atque devotionis, ex scriptis auctorum Patrum collectum.

Emendauit etiam ad veteres membranas,

D. Augustini Confessionum lib. XI.

Eiusdem *Meditationes, Soliloquia, & Manuale.*

B. Anselmum de excellentia B. Mariae Virginis. item,

Similitudinem eius librum atque Epistolæ.

Thoma de Kempis Opera.

Eiusdem *Thomae de Kempis libellum De imitatione Christi*, ex auctoris autographo typis Plantinianis sacerdote recusum.

Vulgavit quoque Io. Trithemij Abbatis *Commentarium in Regulam S. Benedicti*.

Alberti Magni Paradisum, seu *De virtutibus, Scholiis illustravit*: dabitq; & *Albertum M. de viuis*, haec tenus ineditum.

HERIBERTVS ROSWEYDVS, natione Belga, patria Ultraiectinus, Philosophiam & Theologiam professus, dedit *Faſtos Sanctorum*, quorum vitæ manuscriptæ in Belgio, cum *Aetis Praefidialibus sanctorum Taraci, Probi, & Andronici*. specimen operis ingentis, quod utinam inchoatum ad exitum perducere queat feliciter, Tomis nimirum xvi. de vita Christi ac VIRGINIS, Sanctorumque in Ecclesia Catholica; siue temporum quo floruerunt habita ratione, siue mensium, quibus coluntur; post Aloisium Lipomanum ac Laurentium Surium, bene de Ecclesiastica historia meritos.

Edidit insuper *De fide hereticis seruanda ex Decreto Concilij Constantiensis dissertationem cum Danielo Plancio*, in qua de Hus historia excutitur.

Molitur & *Vitas Patrum*, opus antiquum ad veterum exemplarium fidem compositum, editioneque pñne omnes, *Notis* adornatum. &

Martyrologia omnia cum *Menologio Græcorum*.

Præterea *Arnobium & Minucium Felicem*, à se *Commentatio illustratos*, adhuc premit.

HERMANNVS THYRÆVS, Novesij in Vbiis natus est, anno salutis m. d. xxxii. Deinde cum Romæ Collegij Germanici ex primis esset alumnus, Societatem nostram expetivit, & in eam à B.P. nostro

istro IGNATIO admisitus est, anno salutis m. d. lvi. xxv. i. Maij. Roma Ingolstadium profectus, ea in Academia aliquot annos docendo posuit. Tum propter egregiam prudentiam cum insigni religione coniunctam, ad alios gubernandos destinatus, Collegij Treuirensis & Moguntini Rector fuit, Archiepiscopis illarum ciuitatum mitum in modum gratus, à quibus ad magnas res gerendas adhibebatur. Provinciae item Rhenanae Præpositorus Provincialis fuit. Tandem Moguntiae apoplexia propè sexagenarius extinctus est xxvi. Octobris, anno salutis m. d. x c. i. magno totius ciuitatis luctu. Scriptis Latinè & Germanicè librum *De Religionis libertate*. Collegit & *Sex millia dubiorum de Confessione Augustana, & duo millia irregularitatum*, quibus Lutherani Prædicantes implicati tenerentur. Sed uterque fœtus in lucem propter mortem parentis editus non est.

HERMES CLERVS, natione Belga, patria Tornacensis, claruit in Gallia pietate ac doctrina in Bililonensi Collegio: Canonici erat Iuris petitissimus, & Canonum obseruantissimus: ad hæc poëta egregius, vt & quæ de Angelis beatisque spiritibus beatus Thomas differuit, carmine pangeret, *Faſtos* item sacros Sanctorum Sanctorumque Elegiacis versibus post Ouidium Nasonem, Baptistam Mantuanum, ac Nouidium. *Vitam* quoque B.P. nostri IGNATII carmine conscripsit: quod opus cum Nostris sit in manibus, spes est fore vt lucem aliquando aspiciat. Fuit & in Gallia, sed apud Sequanos, *Nicolaus Clerus* Tornacensis, & ipse de Societate, Dolę Cemitatis Burgundiarum humo mandatus; vbi concionibus clarus existiterat, sed quod ingenij monumentum litter-

litteris mandarit, mihi quidem nondū compertum;

HIERONYMVS DANDINVS, natione Italus, patria Cæsenas, decursis litterarum ac Philosophiæ spaciis, hanc etiam professus est. scripsitque opus luculentum in Physica Aristot. *De corpore animato lib. v i. qui est in tres libros De Anima Commentarius Peripateticus.*

HIERONYMVS FLORENTIA, natione Hispanus, patria Complutensis, à parentibus pietate insignibus procreatus, & ab ipsa infantia educatus est ad pietatem. Itaque pueritiae vix annos egressus, exemplum Ioannis Florentiæ germani ac natu maioris fratrii secutus, Societatem nostram Compluti complexus est, anno salutis M. D. LXXXII. Augustinum Florentiam, fratrem omnium minimum, suo itidem exemplo incitans, ut fratru vestigiis insisteret; quod postea fecit, cum & ipse nobis additus est. Deinde HIERONYMVS excellenti ingenio, rara memoria, magna animi contentione, politiores litteras ac seueriores disciplinas didicit, & professus est. Philosophiæ cursum (vt vocat) peregregie docendo confecit, multosque ingeniosos atque utiles discipulos habuit in Societate. Sacram etiam Theologiam, atque illam potissimum, quæ rationes rerum exquirit, & veritatem ad calculos reuocat, & omnibus vestigiis indagat, cum laude est interpretatus. Sed cum aliis HIERONYMVS FLORENTIA rebus præstat atque excellit, tum maximè dicendi facultate, cum ex loco superiore ad populum verba facit, & auditorum animos sententiarum grauitate, verborum casta elegantia, vocis dulcedine & claritate, vel deterret à vitiis, vel ad virtutes impellit. Quamobrem dum concionatur, & præconis Euangelici partē agit,

agit, maximo populi concursu, attentione, admiratione, ac vitæ emendatione vbique auditur. Exierunt in lucem aliorum operâ, atq; habentur in manib[us], dñs illius *Orationes funebres*: quarum altera persecutus est exequias funeris Garzia Loaysæ Archiepiscopi Toletani, qui Compluti excelsit è vita; altera, Mariae Augustæ virtutes laudelque recensuit, cùm sanctissimæ atq; omnium memoria clarissimæ Principi, nostro in Collegio Madritano, tamquam benignissima matri nostri mœrentes parentarent, ac pri illius funeri iusta persolverent.

HIERONYMVS NATALIS, natione Hispanus, patria Balearis, sive Majorica insula natus. Vir fuit omni disciplinarum genere excultus, Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ linguæ peritissimus: qui dum ad Concilium Tridentinū proficisciatur, ætate iam prouæcta & confirmata anno salutis M. D. X L V I. sese Romæ ad nostram Societatem adiunxit. Huius opera multum B. P. N. IGNATIVS, ac sequentes Præpositi Generales, in propaganda ac gubernanda Societate usi sunt. Erat enim vir peracri iudicio, perfecta obedientia, rara prudentia, & ad res conficiendas vigilancia, diligentia, efficacitate singulatissimus: quam ob rem Provincialis, Assistentis, Commissarij, Vicarij Generalis officiis præclarè funetus est: & deinde Romæ in Nouitorum domum sancti Andreæ se contulit, vbi seriectute confessus, pueris & adolescentibus nostris tironibus magno exemplo atque incitamento ad omnem virtutem fuit; & plenus dictum ac honorum operum, in ipso glorioso Domini nostri Resurrectionis die vitam cum morte commutauit, anno salutis M. D. L X X X I. ætatis L X X V I. Quamuis autem variis semper gravissi-

uissimisque negotiis fuerit districtus, & gubernationis laboribus implicatus, scripsit tamen peregrinas *Annotationes ac meditationes in Evangelia*, quæ in Sacrosanctæ Missæ sacrificio per torum annum leguntur: quas eximiis & admirandis Imaginibus in æs à summis artificibus Antuerpiæ inculptis, rem totam repræsentantibus, exornauit. Magnam hoc in opere HIERONYMVS præ se fert pietatem, eruditionem, Sacrarum litterarum intelligentiam, atque Euangelicæ historiæ cognitionem. Exclusus est liber Antuerpiæ apud Martinum Nutium, anno salutis M. D. XCIV. & Plantinianis typis, anno M. D. C. V. I.

HIERONYMVS PLATVS, natione Italus, patria Mediolanensis, nostrum Romæ institutum suscepit, cùm esset adolescens, forma, ingenio, modestia, morumq; suavitate præstans. Postquam verò animum bonarum litterarum cognitione compleuit, P. Claudius Aquauia Præpolitus noster Generalis eius opera vsus est in Latinis litteris scribendis: quam Prouinciam dum egregie sustinet, & Nouitorum, qui in domo Professa versantur, curam gerit; ad cælestem patriam euocatus est, anno salutis M. D. XCII. ætatis circiter XLVI. Scripsit,

De Bono status Religiosi lib. III. pietate ac eruditio-
~~nem~~ *refertos. Item,*

De Cardinalis dignitate & officio, ad Flaminium
Platum Cardinalem, fratrem.

HIERONYMVS PRADVS, natione Hispanus, patria Biacensis, diœcesis Gienensis. Vir fuit corpore pusillo, sed animo magno, & ingenij excellentia, morumq; integritate præstans. Is anno salutis M. D. LXXII. in Societatem adscriptus est, magistrali laurea

laurea insignitus, cùm sacras litteras magna cum laude in Biacensi Academia aliquando explicasset: in Societate PRADVS Humaniores litteras primùm professus est, vt iuuentutem ad pietatem informaret: deinde Sacras litteras singulari cù laude & frequenter atque admiratione Auditorum, Cordubæ nostro in Collegio est interpretatus. Quo in munere cùm externos permultos doctrina preclaros, tum ex nostris Auditores habuit Ioannem de Pineda & Ludouicum del Alcaçar, quorum ille non semel suis in Commentariis amantissimi atque doctissimi magistri honorificam mentionem facit. Scripsit peregregios *Commentarios in Ezechiel Prophetam*; & in eam in primis partem qua templi Salomonici ars, fabrica, opulētia minutatim à Propheta describitur. In qua illustranda adhibuit comitem discipulum item suum IOANNEM BAPTISTAM VILLALPANDVM, vt Sacrarum quoque litterarum peritum, ita & Mathematicarum & Architecturæ peritissimum. In eo opere PRADVS totos integros XV. annos tam strenue laborauit, vt Romanam etiam veritatis indagandæ, atque idoneorum ad eam rem artificum querendorum causâ ex Hispania sit profectus; vbi dum operi suo inuigilat, operi suo immoritur, assiduis laboribus consumptus, in nostro Collegio Romano, Idibus Ianuariis anni salutis M. D. XCIV. duobus & viginti in Societate annis sanctè traductis, ætatis vñuersæ XLVIII. Ergo viuens perfecit primum Tomum Commentariorum in priora sex & viginti Ezechielis capita, quæ postea vulgauit Ioannes Villalpandus, qui in reliqua ciudem Ezechielis capita secundum Tomum Explanationum edidit, & Tertium Apparatus *Vrbis ac templi Iero-*

solymitani Commentariis & imaginibus illustrauit, studio cum eodem HIERONYMO PRADO collato.

Præterea HIERONYMVS PRADVS *Sacrarum phrasium* librum perutilem magna ex parte confecit.

Scriptit præterea in *Iesuam*, *Zachariam*, *Michaem*. In Epistolas *Pauli ad Galatas*, *ad Ephesios*, *ad Colossenses*, *ad Hebreos* Commentarios; *Sacram* denique *Chronologiam*, quæ tamen nondum edita sunt.

HIERONYMVS RIPA LDA, natione Hispanus, patria ex ciuitate Tiruel, anno salutis M. D. LI. ætatis verò x v. Compluti animum appulit ad Societatem, & in ea piè educatus ac probè eruditus, plurimis locis Superioris munere functus est. Scriptit hactenus,

Modos suaves agendi cum Deo. Præterea, *Libellum* breuem quidem illum *Doctrinæ Christianæ*, sed appositum ad pueros erudiendos & formandos ad pietatem.

HIERONYMVS TORRES, natione Hispanus, patria Catalaunus, ex oppido Momblanc, atatem vix primam egressus nostræ se obrulit Societati, moxque Romanum missus est anno salutis M. D. L. II. Romæ verò cursus aliquot Artium, vt vocant, dendo confecit, & Aristotelicas scientias auditoribus explicauit. Inde in Germaniam obedientiæ iussu se contulit, vt Theologiani in Academia Ingolstadiensi post Alphonsum Pisanum, nostræ item Societatis Doctorem Theologum, publicè exponebat, & pro virili passim gracilantium se furori hæreticorum obiceret: quod & prestitit magna religione, diligentia, eruditione. Sed cùm ex *Confessione* Lutheranorum *Augustianam*, tamquam ex infecto & pestilente fonte, plurimos animaduerteret errorum manare

manare riuulos, videretque hæreticos omnibus in Colloquiis, Disputationibus, Lectionibus, vbiue crepare, in ore semper habere D. Augustinum, & sanctissimum Patrem, atque Ecclesiæ Catholicæ lumen, quasi secum sentientem in medium proferre, & verissimis ac sapientissimis eius sententiis aliorum detortis, falsa absurdaque dogmata stabilire; faciendum sibi existimauit, vt *Augustinum* à calumniis hæreticorum vindicaret, & veritatis luce illorum tenebras depelleret, clauum, vt est in Proverbio, clauo trudens. Quapropter,

Confessionem edidit *Augustianam*, ex omnibus D. Augustini operibus magno studio atque labore collectam, & Augustinæ confessioni opposuit, ceu pestifero veneno præsentissimum antidotum: quo in opere duo egregiè præstat; alterum quod Catholica dogmata mirifice probat & confirmat, refutatque hæreticorum errores ex Augustino; alterum quod locos ipsius Augustini vel malè intellectos, vel malitiosè detortos, atque ab hæreticis depravatos, ad amissim reuocat, atq; sincrè interpretatur. Duplex hinc commodum extitit. Multi enim per Germaniam prauis hærc eos opinionibus imbuti, legentes *Augustianam* HIERONYMI nostri *Confessionem*, *Confessionem Augustinam* detestati sunt; emergentesque ex cœno illo in quo miserè iacebant, se ad Catholicæ fidei portum receperūt, Dein Catholicæ Doctores eius incitati exemplo, *Confessiones* dedere Ambrosianam, Hieronymianam, ac Cyprianam. Scriptit etiam TORRES contra *Bidembacchium* hæreticum, & in prioris *Epistola Pauli ad Timoth.* *Caput primum*. Viuit adhuc HIERONYMVS, idcirca nihil de ciuis virtutibus dicam.

HIERONYMVS XAVERIUS , natione Hispanus, patria Nauarrus, beati illius FRANCISCI XAVERII cognatus, pari in religionem zelo Euangelium intulit in vastum Mogoris imperium , inter Gangem & Indum vicinosque Persas situm , & assiduo labore catechizando, quatuor Regis magni filios, ipsumq; adeò Regem CHRISTO transcriptis, vt & pro torque Rosarium gestet Deipara: domusque adeò picturis CHRISTI cruci affixi, & Dei Matris referta, Christiani Principis aula esse videatur , vt Patris manu datis litteris legimus. additque se ad eius gentis Regisque conuerisionem Persica scripsisse lingua

Christi Domini vitam & Apostolorum. itemq;
Martyrum historias, resque gestas Sanctorum.

Directorium quoque Regum ad regni gubernationē.

Opus adhac ingens *De Mysteriis fidei Christianae* aduersus Mauros & Mahometanos, eiusdemque *Compendium seu Summam* ante mortem conscriptis: quæ Regis Mogor manibus , eiusdemque Aulicorum illius exemplo teruntur.

HORATIVS PASSARDVS natione Italus , patria Romanus, origine Vercellensis, habuit Genuę *Orationem ad Senatum*, in Laurentij Saulij Reipub. Ducis inauguratione , quam propinqui Ducis ediderunt. Meditur grauiora,

HORATIVS TURSELLINVS , natione Italus, patria Romanus , in ipso adolescentia flore Societatem nostram expertens, asseditus est; & cum aliis tum Humanioribus potissimum litteris excultus, illas permultos atnos in Collegio Romano docuit : Collegij etiam Florentini ac Lauretanii Rector fuit. Scripsit,

De Vita B. Francisci Xaverij lib. vi.

Epistola-

Epistolarum eiusdem Francisci lib. 1111. quas in unum corpus collegit , atque eleganter ex Hispano sermone Latinas fecit.

Compendium Grammatices Emanuelis Alnares.

Item, *Varia Poemata & Tragœdias sacras.*

Ad hæc , *Orationem funebrem in mortem GREGORII XIII. Pont. Max.*

Lauretane Historia lib. v.

Item, libellos duos , alterum,

De vsu particularum Latini sermonis ; alterum,

Nomenclatorem vocum Latinarum.

Sed HORATIVM alias ingenij sui lucubrations meditantem , postquam per duodeviginti annos Romanam iuuentutem ad verum Eloquentiæ iter instituit, inuida mors sustulit; & ad Diuos, vti sperramus, transtulit, anno salutis, ni fallor, M.D. xcix. ætatis supra sexagesimum . Erat religione , animi submissione , modestia , affabilitate , mansuetudine , ceterisque virtutibus supra modum amabilis. Præter hæc , quæ præculo mandata in vulgus emanarunt, reliquit &

Historiam ab orbe condito ad nostra tempora, maxima perspicuitate ac simplici elegantia conscriptam,

Commentarios præterea in omnes fermè Ciceronis de arte Oratoria libros, & in orationes eiusdem.

I.

ACOBVS ALVAREZ DE PAZ , natione Hispanus, patria Toletanus , sacræ Theologiae ac Diuinarum litterarum in Peruano regno hodieque Professor , scripsit,

De Vita spirituali, eiusque perfectione, libros v.

G 4

Lug-

Lugduni excusos ; duos alteros mole pares promittens, vt D. Thomæ Summam adæquent. Quod autem etiamnum degat, eò laudibus supersedeo.

IACOBVS ANTONIVS MARTHA, natione Italus, patria Taruisinus , post gubernationem Collegij Brixienis in orientis Solis Indiam ex obedientia profectus , magno zelo , nec minore fructu multos annos posuit in gentium illarum animis excolandis , feliciterque cessit è vita. Scripsit,

De quatuor temporibus anni.

IACOBVS A CRVCE , natione Italus, patria Nuceria illa quæ in Vmbria est , planè puer propter egregiam indolem, cùm primùm per ætatem licuit, admissus est in Societatem, cui ab ipso B. P. nostro IGNATIO fuerat destinatus. Mirabiles progressus fecit in omni genere studiorum; litteras Humaniores, Philosophiam, Theologiam, admodum adolescens explicauit. Studia Romani Collegij moderatus est. Collegia & domos rexit. Editæ sunt ab aliis dux ipsius *Orationes* Italicè dictæ, altera Cremonæ, in funere Philippi II. Catholici Hisp. Regis, altera Genuæ, ad Señatum Genuensem *De optimâ ratione gubernandi*.

In Scripturam sacram aliquod se dignum opuslucubrare dicitur.

IACOBVS seu Didacus DE AVILLANEDA , natione Hispanus, Vrsone natus, quæ vrbs Bœticæ *Offun* vulgo nominatur. Vir in rebus gerendis prudens, & in docendo dexter extitit. Scripsit

De Secreto libellum, non editum quidem, sed qui plurimorum descriptus manibus teratur. Item, *Traictat. Vtrum in Confessione Sacramentali criminiis confors nominari debet.* Qui editus quidem est

est à Petro Vicecomite, Ordinis Prædicatorum, anno M.D.XCIIII. tacito tamen Authoris nomine. Sed qui legerit paginam 54. sequentesq; illius *Quæstionis*, facilè intelliget à Theologo nostro ad Societatis defensionem fuisse conscriptum. Suo itaque auctori, liberali causa, partus ille ab iniustis possessoribus vindicandus esse videatur.

IACOBVS BIDERMANNVS , natione Germanus, *Vitam edidit B. Ignati Loyola Societatis IESV parentis, compendio scriptam Hispanicè à Petro Ribadeira.* Eamdem & GASPAR QUARTEMONT Belga Societatis IESV Latinam fecit.

IACOBVS GRETSERVS , natione Germanus , patria Marckfordiensis, admodum adolescens Societatem ingressus, in Academia Ingolstadiensi , primùm Philosophiæ, & posteà multis annos Theologiæ Scholastica Professor, varia contra hæreticos opera elaborauit. Quæ sunt :

I. *Tomus I. De S. Cruce*, quinque lib. constans.

1. *De Cruce, in qua Christus mortuus est.*
2. *De Imaginib[us] S. Crucis.*
3. *De apparitionib[us] S. Crucis.*
4. *De signo S. Crucis.*

5. *De Cruce spirituali*, ex Sacris litteris & Patribus. Quem transtulit in linguam Germanicam Reuerendus Dominus MARTINVS HVEBERVS , Augusta ad S. Mauritium Canonicus. Quartus verò liber in eamdem Germanicam linguam traductus à Rev. Domino CAROLO STENGELIO , Augusta ad D. Vdalricum professò.

II. *Tomus II. de S. Cruce*, est Græco-latinus. Completætitur hic Tomus Patrum Latinorū & præcipue Græcorum in *S. Crucem Homilia*, distributas

per festa in honorem S. Crucis celebrari solita.

De Inuentione S. Crucis;

Alexander Monachus.

Ex Georgio Hamartolo.

Ex S. Ambroso.

Epistola S. Paulini.

Ex Sulpitio Senero.

Ex Rufino.

Ex Theodoreto.

Ex Socrate.

Ex Sozomeno.

Ex Nicephora.

Ex Leone Imperatore.

Petrus Damianus.

De Exaltatione S. Crucis;

Ex Typico S. Sabba.

Ex Europolata.

Sophronius, Patriarcha Ierosolymitanus.

Andrea Archiepiscopi Cretenis Orationes 11.

Iosephus, Archiepiscopus Thessalonicensis.

*Theophanis Ceramei, Archiepiscopi Tauromenia
in Sicilia Orationes 11.*

Leo Imperator.

Pantaleon, Presbyter monasterij Byzantiorum.

Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus.

Philotheus, Patriarcha Constantinopolitanus.

Incertus Auctor.

Incertus Auctor alias, falso Chrysostomus.

Macarius, Archiepiscopus Philadelphiensis.

De Adoratione S. Crucis, media Quādragesima:

Ex Typico S. Sabba.

Ex Triodio Grecorum.

Ex Europolata.

S. Chrysostomus.

Sophronius, Patriarcha Ierosolymitanus,

Theodorus Studites.

Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus.

Ioannes Xiphilinus, Patriarcha Constantinopolit.

Philotheus, Patriarcha Constantinopolitanus.

Incertus Auctor.

Theophylactus, Bulgaria Archiepiscopus.

De festo S. Crucis Kal. Augusti:

Ex Typico S. Sabba.

Timotheus, Presbyter Antiochenus.

De Parasceue:

Ex Antiphonario S. Gregorij Magni.

S. Athanasius.

*S. Chrysostomi Orationes 11. Vna numquam
prodiit; altera, Latinè; tertia, Græcè tantùm.*

In S. Crucem absolutè.

S. Ephrem.

S. Chrysostomi Orationes 11.

Duo fragmenta Methodij.

Ex Damasco.

Fragmentum ex Seueriano, *Gabalorum Episcopo.*

De Apparitionibus S. Crucis:

*Ex Gelasio, de signo Crucis quod apparuit Con-
stantino Magno.*

*Epistola S. Cyrilli, de Crucis signo tempore Con-
stantij Imperatoris viso.*

De Cruce Apameensi, *ex Prokopio.*

De Cruce ad templum S. Sergij Mart. missa, *ex
Theophylacto Simocate.*

Dubia fidei:

Oratio de Inuentione S. Crucis.

Apparitio S. Crucis, & narrat de Inuent.eiusdē.

Vita Constantini Magni. His accessit,
Oratio Germani Patriarchæ Constantinopolitani,
de restituzione Imaginum.

Adiecta sunt singulis ferè Orationibus copio-
ſæ notæ.

III. *Tomus III. De S. Cruce*, quinque libris
constans, quorum

1. Continet *nummos crucigeros*, eorumq; expli-
cationem.

2. *Expeditiones cruciatas in Palæstinam*, cum ea-
rumdem *Apologia aduersus Reinerum Reinec-
cium & Marthæum Dresserum hæreticos.*

3. *Est in Hospinianum, Daneum, Marpachium*,
aliosque Crucis Christi calumniatores.

4. Græco-latinus complectitur Græcorum in
S. Crucem Hymnos & Cantica.

5. Paralipomena continet pro primo Tomo.

IV. *De sacris peregrinationibus libri IV.*

V. *De Ecclesiasticis processionibus libri II.*

Vertit Germanicè P. CONRADVS VETTER.

VI. *De voluntaria flagellorum seu disciplinarum
Cruce lib. III.* Versi sunt in Germanicam linguam
à P. CONRADO VETTER.

VII. *Pro libris de Disciplinis libri tres Apologetici.*
Inscribuntur: *Predicans, vapulans, & disciplinatus.*
Primus horum Germanicè versus est à Patre CON-
RADO VETTER.

VIII. *De historia Ordinis Iesuitici ab Hasenmül-
lero edita, Epistola ad D. Petrum Stewartium.*

IX. *Integra refutatio historia Iesuitica contra Ha-
senmüllerum, cum Appendix ex S. Thoma, & san-
cto Bonaventura contra Religiosorum calumniatores.*
Versa est in linguā Germanicā à R.D. CLEOPHA
DISTELA.

DISTELMAIR. *Appendix ex S. Thoma & S. Bona-
ventura etiam Gallicè exstat, excusa Leodij, inter-
prete P. IOANNE VIENOTTO Burgundo.*

X. *Apologia prime pro vita B. P. N. IGNATII*
libri v. contra Misenum Caluinistam.

XI. *Apologia secunda pro vita B. P. N. IGNATII*
contra eundem Misenum libri v. Accessit affir-
matio *Apologia Gallicana ad Christianissimum Galliæ*
& Nauarræ Regem Henricum IV. aduersus cum-
dem Misenum.

XII. *Apologie tertia pro vita B. P. N. IGNATII*
contra eundem Misenum libri quinque. Accessit
Consolatio pro Miseno ob Iesuitas Galliæ publico
Christianissimi Regis Henrici IV. edito vel fir-
matos, vel redditos.

XIII. *Panegyricus Misenicus*; cui adiuncta sunt
hæc quinque opuscula.

1. *Stigma frontis Misenice.*

2. *Honorarium Polycarpicum. Lauferianum ob*
recusam *Iesuiticam historiam.*

3. *Demonstratio quorundam fidei dogmatum*, ex
communib; notionibus & loquendi formulis.

4. *Judicium super disceptatione de norma & nor-
mato inter Rudolphum Cochlenium Professorem*
Marpurgensem, & Bauum Alchymistam.

5. *Paracletus Lutheranus ad Lithum Caluini-
stam missus*, cum ludo anagrammatico.

XIV. *Spicilegium pro tribus libellis de Discipli-
nis*, cum libello *De Cruce spirituali.*

XV. *Epistola Graeca Misenica ad Jacobum Gres-
serum Analysis in sua elementa*, cum Pharmacis, ob
Iesuitarum in Gallias reuocationem irato, & me-
ticuloso Miseno curando idoneis.

Accessit admonitio breuis *De miraculosis in venerabili Eucharistie Sacramento apparitionibus*, quas male tornatis versibus insultus poëtaster Lithus infectatus est.

X VI. *Apologeticus pro Societate IESV*, contra Gabrielem Lermäum Caluinistam.

X VII. *De modo agendi Jesuitarum cum summo Pontifice*, alifsq; Principibus Ecclesiasticis & Politicis, atq; adēc inter se mutuō, libri duo contra Anonymi cuiusdam haereticī criminationes.

X VIII. *Vindicatio locorum quorūdam Tertullianicorum*, à peruersis Francisci Iunij Caluinistæ deprauationibus.

X IX. *De iure & more prohibendi libros noxios*, libri duo.

XX. *Responsum ad Theses Hunnianas de colloquio cum Pontificiis ineundo*; vnā cum sex digressionibus contra eiusdem Hunnij calumnias.

X XI. *Labyrinthus Cretico-Hunnianus*, hoc est disputatio de Hūnnio Prædicante Witebergensi, Genioque Lutherano, semetipsum contradictionibus, fraudibus, niendaciis, & criminationibus implicante, confundente, & iugulante, in articulis;

De Scriptura sacra.

De persona Christi.

De officio Christi.

De iustificatione.

De fide & operibus.

X XII. *Exercitationum Theologicarum libri vi.*

1. Commentariolus duplex: alter, *in numisma argenteum* nuper ab haereticis de Colloquio Ratiponensi cusum: alter, in eiusdem metalli *numisma*, in laudem Hussi, Lutheri, & Rabi sub figura anseris,

seris, cygni, & corui signatum & vulgatum.

2. *Commentarius & glossa* in orationem Hunnianam de Pseudo-iubilao Witebergensi.

3. *Disceptatio*, vtrū verum sit, Zwinglium, præcipuum doctrinæ suæ caput didicisse à diabolo: cum refutatione argumentorum, quæ pro defensione Zwinglii adfert Marcus Beumlerus Sacramentarius.

4. *Supplementum duplex* pro duobus libris *De iure & more prohibendi, expurgandi, & abolendi libros hereticos & noxios*.

5. *Antimonium* pro deliro quadam medico & Alchymista, qui nominis sui oblitus, se Basilium de Varna nominat; deliranti eo fine per 30. doses porrectum, vt expurgato cerebro, cum alia, tum etiam hoc discat, quænam sit *Controversiarum norma*, & quis index.

6. Brevis admonitio qualis sit liber *Antigrefrus* inscriptus, à Pædotribâ quadam Witebergensi in gratiam Hunnij emissus.

X XIII. *Bauius & Mauius*: ille, vt delirus Alchymista, antimonio; hic, tamquam insipiens Prædicans helleboro nigro curatus, vt tandem, expurgato cerebro, intelligent, quis sit *Controversiarum fidei Index*, & quæ norma. Accessit portiuncula quædam hellebori pro malo sano capite cuiusdā Pædotribâ Witebergensis & Lithi Miseni Caluinistæ.

X XIV. *Orationes & Questiones* recitatæ & disputatae in Theologica Doctorali inauguratione Ingolstadij: *Prima*, Vtrū Lutherus fuerit Scholasticus Theologus? *Secunda*, Cur Lutherus Ingolstadiensem Academiam adeò oderit? *Tertia*, Vtrū Lutheranus, saluis primis sectæ suæ *Principiis*,

cipiis, possit petere & capessere gradus & honores Academicos in Theologia, Iurisprudentia, Medicina & Philosophia? *Quarta*, Num Lutherus in Doctorali sua inauguratione obseruarit Clementinam *de Magistris*.

X X V. *Considerationum ad Theologos Venetos, De libertate & immunitate Ecclesiastica lib. i.ii.* in quibus propè ad verbum refellitur liber eiusdem argumenti, quem F. Marcus Antonius Capellus, Conuentualis, Doctor Theologus, & Metaphysicus Paduanus euulgauit: simulq; Illustrissimi Cardinalis Bellarminii doctrina defenditur, qua Capellus perperā abusus est.

X X VI. *Defensionis Bellarminiana Tomus primus;* qui continet Apologiam primæ Controversiæ *De verbo Dei scripto & non scripto.* Additi sunt tres peculiares Tractatus: unus, *De nouis hereticorum translationibus Biblicis*; alter, *de Quæstione, Vnde scis Scripturam, tum generatim, tum speciatim; hanc, vel illam eius partem, Canonica auctoritate constare?* aduersus Paræum, Rullum, Pappum, aliosque Calvinianos & Lutheranos Prædicantes, Illustrissimi Card. Bellarmini calumniatores: aliis, *de Quæstione, Vnde scis hunc vel illum esse sincerum & legitimum sacre Scriptura sensum?*

X X VII. *Secundus Tomus defensionis Bellarminiana,* continens Controversiam *de Christo, Christianique Vicario Pontifice Romano;* vñà cum Apologia pro libris *De translatione Imperij:* & altera Apologia pro Gregorio VII. Pontifice.

X X VIII. *Miscellanea Theologica*, in quibus ista: 1. *Virgidemia Volciiana;* hoc est, Apologia pro disciplinis cōtra Melch. Volciūm, Prædic. Augustanū.

2. *Ante-*

2. *Antistrena Polycarpica.*
3. *Nota super Notas Petri Molinæ, in epistolam Nyssen adscriptam, de cunctis jero-solymam.*
4. Examen Tractatus *de peregrinationibus* ab eodem Molinæ editi.
5. *Correctiones Notarum*, quas euulgauit Casaubonus in epistolam Nysseni ad Eustathiam.
6. *Satyræ Misenica Palinodica* commentario illustrata.

X X IX. *Disceptatio de vino myrrhato, & myrrhinis,* vñà cum breui Apologia contra Franciscum Iunium Caluinistam pro defensione eorum, quæ Illustrissimus Cardinalis Bellarminus *de prima Crucce, Crucis imagine, & signo* disputat libro 2. *de cultu Sanctorum.*

X X X. *Murices Catholica & Germanica Antiquitatis;* hoc est, demonstrationes variorum Catholicæ fidei dogmatum, ex vulgaribus tritisque Germanorum sentiendi & loquendi modis & formulæ. Hunc librum Germanicè reddidit P. CONRADVS VETTER, & Lämeisen indigetavit.

X X XI. *Agonicum spirituale de Disciplinis,* hoc est, Apologia pro Prædicante vapulante, contra Heilbrunnerum & Zeemannum Prædicantes Lutheranos.

X X XII. *Petrus Cnapheus, seu Fallo in Thomas Wegelino Lutherano Theopaschita rediuius;* hoc est, Tractatus *de Trisagio*, contra Cnapticam illam additionem; *Qui crucifixus es pro nobis.*

X X XIII. *Relatio de Iesuitarum studiis abstensionibus,* in gratiam Prædicantium Augustanorum aucta, & recusa contra Ioannem Cambilhon. Transluit eam Germanicè P. CONRADVS VETTER.

H.

XXXIV.

XXXIV. *Lutherus Academicus.*

XXXV. *Pharetra Tertulliana contra haereticos.*

XXXVI. *Notationes in Epistolam Cnaptieam noni Fullonis Thomae Wegelini de Trisagio.*

XXXVII. *Vespertilio Hereticopoliticus*, sub Bononiensis Epistolæ Italò-latinæ velo. *De perfectione & excellentia Jesuitici Ordinis* anteā delitescens, iam in lucem extractus.

XXXVIII. *Paulus Bernriedensis de rebus gestis Gregorij VII. & Herluca Virginis*, cum Apologia pro Illustriss. Cardinale Baronio, contra Goldastum Caluinistam.

XXIX. *Furia Prædicantium Augustanorum*, ob refutatam Relationem Cambilhonicam. Vertit in Germanicam linguam P. CONRADVS VETTER.

X L. *Basilicum θεον*, seu *Commentarius exegetus in Scenissimi Magne Britannie Regis Iacobi Præfationem monitoriam, & in Apologiam pro iuramento fidelitatis.*

X L I. *Lixinium* ptō abluendo malè fano capite Anonymi cuiusdam fabulatoris, & vt vocant, *Nouellantis*, qui cædem Christianissimi Galliæ & Narræ Regis Henrici IV. in Iesuitas partim apertè, partim tacitè confert. Vertit Germanicè P. CONRADVS VETTER.

X L II. *Hortus S. Crucis*: in quo

1. Acrostichides Græco latinæ veterum Iconomachorum, & Orthodoxorum in S. Crucem; cum Commentario & refutatione *Edictorum de cultu Imaginum*, quæ nuper sub Imperatorum & Regum nomine quidam Caluinista euulgauit.

2. *Crux Schirenſis*, cum Notationibus.

3. *Crux Donawerdana*, cum Notationibus.

4. *Epi-*

4. *Epistola Iacobi de Vitriaco*, de capta à Cruce signatis Damiata.

5. *Orationes Græco-latine in S. Crucem* cum Miscellaneis de S. Cruce, & poëticis lusibus in florem Indicum, quem *Granadillam* vocant. Accessit liber de more lauandi pedes peregrinorum & hospitum, cum Paralipomenis pro libris de sacris peregrinationibus & processionibus.

X L III. *Commentariolus de Imperatorum, Regum, ac Principum Christianorum in Sedem Apostolicam munificentia.*

X L IV. *Vindicatio Illusterrimi Cardinalis Bellarmini*; à criminationibus & infictia Lutherani Magistelli Ernesti Zephyrij.

X L V. *Judicium Erasmi Roterodami de novo Euangelio, eiusque Evangelistis.* Accessit simile iudicium Georgij Wicelij.

X L VI. *Summula Casuum Conscientia Lutherana & Caluiniana de Sacramentis*, ex Luthero, Caluino, Beza.

X L VII. *De Funere Christiano Libri tres*, aduersus Sectarios.

X L VIII. *Gerhobi Reicherpergenſis in Banaria Præpositi de Henrico IV. & V. Imperatoribus, & Gregorio VII.* nonnullisque consequentibus Romanis Pontificibus Syntagmæ: cum Refutatione alogiatum *Anne Commena* in Alexiade, contra eundem Gregorium VII. Accessit *Retectione insipientie & falſioniae Goldastina*, in tertio Tomo *Constitutum Imperialium*.

X L IX. *Dini Bambergenses*, S. Henricus Imp. S. Kunegundis Imperatrix, S. Otho Episcopus Bambergensis. Insunt autem in hoc volumine sequentia:

1. *Vita S. Henrici Imperatoris.*
2. *Nouem diplomata S. Henrici Imp.*
3. *Notationes in vitam S. Henrici.*
4. *Vita S. Kunegundis Imperatricis.*
5. *Notationes in vitam S. Kunegundis.*
6. *Vita S. Othonis Episcopi.*
7. *Notationes in vitam S. Othonis, in quibus telluntur mendacia Danielis Crameri Lutherani Prædicantis, quæ contra S. Othonem in Chronicis Pomeranicis effutuuit.*

8. *Paralipomena ad vitam S. Henrici & S. Kunegundis, in quibus præter alia, inest Innocentij III. Pont. Bulla de Canonizatione S. Kunegundis.*

9. *Adelboldus Episcopus Traiectensis, de rebus gestis S. Henrici Imp.*

10. *Quinquaginta due Epistola ad res Bambergenses spectantes: nunc primum ex Codicibus manu scriptis erutæ.*

11. *Varia Imperatorum, Regum ac Principum diplomata, ad res Ratisbonenses potissimum spectantia.*

L. *Repetitæ Furie Predicantium Augustanorum, ob Relationem Cambilhonicam, denuò castigatae, quas in Germanicam linguam transtulit P. CONRADVS VETTER.*

L I. *Athletica spiritualis legitima & illegitima libri II. aduersus Zæmannum Lutheranum Prædicantem.*

L II. *Libri duo de Festis, aduersus Danicum, Dressum, & Hospinianum.*

L III. *Auctarium ad duos libros de Festis nuper euulgatos, seu Dissertatio pro Corporis Christi solemnitate, & Eucharistica cultu, aduersus Rudolphi Hospiiani impietatem.*

L IV.

L V. *Gratia Danieli Cramero Lutherano Prædicanti persoluta.*

L V. *Suppetia Lutheri Academicomissa, aduersus Ioannem Forsterum, Prædicantem Witebergensem: vnâ cum Epimetro pro Opere & Supplemento eiusdem Operis de libris Hæreticis & noxiis prohibendis & proscribendis.*

L VI. *Inauguratio Doctoralis: in qua potissimum de Lutheri Doctoratu, & Lutheranis Doctoribus disseritur, celebrata in Academia Ingolstadiensi.*

L VII. *Aduersus Melchioris Goldasti Caluinianum Replicatoris, vel potius Quadruplicatoris, calumnias, pro gemina Sedis Apostolicæ potestate.*

L VIII. *Scriptores quinque succedanei contra sectam Waldensium, Notis illustrati.*

Vertit ex Græco, & Græcè Latineque edidit.

I. *Commentarium geminum D. Gregorij Nysseni in Psalmorum inscriptions.*

II. *Orationem D. Gregorij Nysseni contra faenatores.*

III. *Orationes nouem Leonis Imperatoris. Earum*

1. *est in sepulturam CHRISTI.*

2. *In Resurrectionem Christi.*

3. *In Ascensionem Christi.*

4. *In Pentecosten.*

5. *In festum Palmarum.*

6. *In Assumptionem D. Virginis.*

7. *In Annuntiationem B. Virginis.*

8. *In decollationem S. Ioannis Baptista.*

9. *In omnes Sanctos.*

IV. *Anastasis Sinaïa ὁδὸν, seu, Via Duceant contra Acephalos & Seuerianos.*

V. Theodori Abucara Episcopi Cariæ XII. Opuscula contra varios hæreticos collegit, & partim Latinè reddidit, & primus Græcè publicauit.

VI. Hippolyti Thebani Chronicon, vel potius fragmentum Chronicæ. Extat Tom. 3. Antiqui. lect., Henr. Canisij I. C. cum Notis.

VII. Duodecim Anathematismos diui Gregory Thaumaturgi, cum Notis.

VIII. Anastasijs Sinaite Orationem de sacra Synaxi, & de non iudicando, deq; oblinione iniuriarum.

IX. Præter Homilias Græcas, quæ exstant Tomo II. sanctæ Crucis, & in Horto S. Crucis, Latinitate donauit Orationem Callisti Patriarchæ Constantinopolitani, in Exaltationem sanctæ Crucis.

X. Homiliam Georgij Mitylenæ in Passionem Dominicam.

XI. Euulgauit item tertium librū Historia Orientalis Jacobi de Vitriaco, anteà ineditum.

XII. Scriptit Institutionum Grammaticarum Graecæ lingua libros tres, cum disceptatione de pronuntiatione linguae Graecæ.

XIII. Rudimenta lingua Graeca.

XIV. Nomenclatorem Latinogracogermanicum, addito Commentario de Verbis anomalis & definiens, & Phrasæologia.

XV. Latinè reddidit duas Gallicas Apologias: alterā Francisci Montani pro Societate Iesu in Gallia, contra Antonij Arnaldi Aduocati Parisiensis Philippicam. Accessit Interpretis appendix contra Anonymi culusdam Caluinistæ criminationes. Alteram, ipsius Societatis Iesu in Gallia ad Christianissimum Galliæ & Nauarræ Regem Henricum IV. cum Interpretis appendice Apologetica aduers-

aduersus Lutherani cuiusdam rabulæ conuitia & mendacia. Pro hac altera Apologia scripsit Defensionem aduersus Miseri calumnias.

XVI. Eiusdem præterea sunt Notæ copioſa in Historiam Joannis Cantacuzeni, à PONTANO nostro Latinè verſam.

XVII. Notæ in Sermones Simeonis Iunioris Theologi, ab eodem PONTANO Latinè editos.

XVIII. Notæ in Diopram Philippi Solitarij, alioſque Auctores adiunctos.

XIX. Variae lectiones & explicationes in libellum Georgij Codini Cœropalata, editæ cum Ethicis Commentariis M. Ant. Mureti, Ingolstadij.

XX. Facula Georgio Cœropalata accensa, edita cum eiusdem Mureti Comment. in Tacitum,

XXI. Collegit libellum de vita & rebus gestis B. Virginis in gratiam Sodalitatis B. Virginis.

XXII. Ex variis disputationibus Philosophicis, quas, dum Philosophiam profiteretur, typis impressas, publicè proposuit, has superesse & pertinere cupit:

1. De plantis.

2. De primo Motore.

3. De Intelligentiis & Demonibus.

4. De demonstratione.

5. De Topicis.

XXIII. Ex disputationibus Theologicis, in Academia Ingolstadiensi habitis, sequentes;

1. De materia & forma Eucharistia.

2. De speciebus Eucharistia.

3. De Matrimonio.

4. De Iudice causarum Matrimonialium; deque conuenientia juris Canonici, Civilis, & Theologiae.

in legibus & statutis de Matrimonio.

5. *De sacro sancta Trinitatis mysterio, præsertim de processione S. Spiritus ex Patre, & Filio, contra Letemiam Patriarcham Constantinopolitanum.*

6. *De subterraneis animarum receptaculis,*

7. *De statu beatorum.*

JACOBVS GVALTERVS, natione Gallus, patria Viuariensis, ex oppido Annonæo, parum quidem corpore, sed ingenio, pietate, ac doctrina tantum valet, ut Caluinianis etiam Ministris terrori sit, & Philosophiam secundum, & Controversas de Fide disputationes in Academia Turnonensi doctè explicuerit, & nunç in Collegio Lugdunensi Theologiam Scholasticam profiteatur, & iustum volumen ediderit, cui titulum præfixit:

Tabula Chronographica, de statu Ecclesie Catholica, à CHRISTO nato ad hunc usque annum M.DC.VIII,

Olim etiam *Manutianas Phrases Gallicè* pueris explanauit.

JACOBVS KELLERV, natione Germanus, scripsit nuper *Tyrannicidium*, seu *Scitum Catholicorum de Tyranni interrecione*: aduersus inimicas Caluinianas & Ministri calumnias in Societatem IESV. iactatas.

JACOBVS LAYNEZ, natione Hispanus, patria ex oppido Castellæ Almazan. Vir fuit omnibus numeris absolutissimus, ingenio maximo, iudicio acerimo, excellesti memoria, prudentia singulari, innocentia & vita sanctimonia admirandus, modestia, affabilitate, mansuetudine, morum suavitate, suprà quam dici potest, amabilis. Primis litteris Seguntiæ & Soriae imbutus est, Dialecticis ac Philosophicis Compluti; vbi lauream etiam Magistraliem est adeptus, Lutetia Parisorum sese reformatum, ac veluti

veluti recoquendum aliis præceptoribus & Philosophis tradidit, ut quæ inchoata & minus perfecta sibi videbantur, expoliret ac perficeret. Quibus studiis absolutis, ad diuinas se Scientias penitus dedit, maximaq[ue] animi contentione in S. Theologiam incubuit, summusque Theologus eius sit. B.P. nostri IGNATII constituendæ Societatis socius inter primos & adiutor fuit. Per Italianam p[ro]p[ter]e totam Verbum Dei ingenti auditorum concusfu, admiracione, fructu disseminauit. Instituendorum Collegiorum nostrorum B. P. IGNATIUS ipse auctor fuit, utque multa præcipuis in ciuitatibus Italiæ erigerentur Collegia, eius potissimum opera atque labore perfectum. Sacram Cardinalitiam dignitatem, ei à PAVLO I V. Pontifice Max. oblatam, repudiauit. Illoverò Pontifice mortuo, ac Sede Apostolica vacante duodecim Cardinales ex vniuerso illo sacro Collegio electissimi, in ipsum extra conclu[m] Romæ agentem sua suffragia contulerunt, quod Pontifex Maximus fieret. B. IGNATIUS ad meliorem vitam translato, tum Vicarius, tum Præpositus Generalis, Societatem octo annos & dimidiatum rexit, quo tempore mirabiliter est propagata. In Galliam anno salutis M. D. LXI. à PIO I V. Pontifice Maximo cum Hippolyto Estensi Cardinale Legato ad restinguendum, si posset, incendium ab haereticis excitatum dimissus, in publico totius Regni conuentu, Theodorum Bezam, Petrum Martyrem, aliosque nefarios haereticorum antesignanos exultantes in mendacio, maxima sententiæ & verborum grauitate homo Hispanus, & hospes, represerit, frenauit, ac mutos rediit. Ad Synodum Tridentinam ter profectus est, à PAVLO III. IULIO item

item III. & Pio IV. missus, & tamquam Sedis Apostolice Theologus, quid in Quæstionibus propositis videretur grauissimè doctissimeque disputauit, & primum inter Theologos locum tenuit. Sub Pio verò I V. cùm Præpositus Societatis esset Generalis, inter Patres, qui non solum consulendi ius haberent, sed etiam definiendi, & sedit, & sententiam tulit, tanta illius sacri Confessus approbatione, admiratione, acclamatione, vt omnium iudicio & consensu Theologorum Princeps iudicaretur. Concilio Tridentino feliciter absoluto, Romanum reuertit, ubi morbo ex immoderatis studiis, vigiliis, laboribus contracto, cursum suum consummauit, & maximo nostris & alienis sui desiderio relicto, sanctissimè mortuus est xix. Ianuarij, anno salutis M. D. L X V. ætatis L I I I . vt diximus in libro quem de eius vita conscripsimus. Scripsit IACOBVS LAYNEZ, vel potius scribere aggressus est,

Libros xii. *De Providentia*, quos adumbratos tantum atque inexpertos reliquit.

Prolegomenon in uniuersam Scripturam lib. I.

De Trinitate lib. I I I . magis elaboratos ac perfectos. Scripsit præterea,

Indicem, & tamquam siluam & materiem omnium ferè illustrium sententiarum, quæ passim apud sanctos Auctores (quos omnes perlegerat) reperiuntur; qui quidem vice locupletissimi Thesauri, & quasi omnium Doctorum promptuarium esse potest. Item,

De Cambiis.

De Usuris.

De pluralitate beneficiorum.

De fuso & ornatu mulierum.

De

D e Regno Dei.

De usu calicis. & alia permulta quæ ad Fidei dogmata in Concilio Tridentino tractata, vel explicanda vel confirmanda pertinent. Sed per grauissimas concionandi, Sacras litteras interpretandi, disputandi cum hæreticis, peregrinandi, & gubernandi, ac perpetuas occupationes, hæc limare, & alia feliçissimi sui ingenij atque exquisitæ eruditiois monumenta relinquere IACOBO non licuit. Ceterū prodidit nuper eius *Epiſtola ad Socios in Oriente, De magnitudine expeditionis, & conseruatione spiritus in missionibus India Orientalis:* quæ tertia est inter Epistles Præpositorum Generalium.

IACOBVS, aliás DIDACVS, LEBDESMA, natione Hispanus, patria ex Cuellar Castellæ oppido. Vir fuit ingenij & doctrinæ magnitudine nobilissimus. In Complutensi Academia Philosophicas & Theologicas scientias didicit, in Parisiensi expoliuit, in Louaniensi perfecit, & ad fastigium perduxit, in omni literarum atque disciplinarum genere, exquisita quadam ratione excelluit. Grammaticen, Rhetoricen, Dialecticen, Philosophiam siue de Natura, siue de Moribus, Mathematicas scientias, atque omnium reginam Theologiam planè comprehendenterat. Hac tanta rerum cognitione ac supellectile instrutus, institutum vitæ suæ cursum, Louanij anno salutis M. D. LVI. magna hominum admiratione abruptit; & quas habebat honoris & dignitatis spes magnas abiecit, atque ex ſecularium sapientium Academiis, in CHRISTI ſeſe ſcholam trāſtulit, & discipulus noſtra in Societate factus est; vt ea diſcret̄ mysteria atque intelligeret, quæ Pater cælestis sapientibus ac prudentibus abscondit, & reuelat parvulis.

utulis. Deinde Romam iter instituit, ubi vix credas quanti fecerint eruditissimi quique Patres, cum IACOBI LEDESMÆ ingenium, iudicium, doctrinam (quem non discipulorum, sed Præceptorum Magistrum appellabant) tum maximè humilitatem, obedientiam, charitatem, sui contemptionem, aliorum estimationem, ceterasq; virtutes quæ in illo sic eminebant, ut tantum sapientia splendorem, quantus in ipso erat, clarissimis sanctimoniaz radibus superare, & quodammodo obruere viderentur. Romæ controversas de fide Quæstiones contra hæreticos enodauit. Diuum Thomam explicauit, Romani Collegij studiis præfuit, dubitationibus de moribus & Conscientiæ quæstionibus respondit, atq; in ipso Iubilei anno, qui GREGORIO X III. Summo Pontifice celebratus est, cum maximus ex vniuersi orbis Christiani prouinciis Romam fieret concursus, & ingens peregrinorum turba confluueret, ne Confessarij nostri a confessionibus audiendis distraherentur, & variis conscientiæ quæstionibus dissoluendis impli- caretur, unus IACOBVS constitutus est, qui omnium vices subiret, & singulorum peregrinorum dubitationibus satisfaceret; quod dum egregiè præstat, & innunetri illum interrogant, & continua consultationibus fatigant; dum omnibus studet respondere, nullumque a se inauditum dimittere, nato in capite apostemate, breui vir optimus & doctissimus, magno nostrorum dolore, ad tranquilliorem vitâ translatuſ est, anno eodem Iubilei M.D. LXV. ætatis vero plus minus LV. aut LVI. Multa scripsit,

De Dialectica, eiusq; tradendi Methodo, lib. I.
Ethicen, sive *Philosophiam & Theologiam de moribus* Tomum I.

Con-

Controversiarum questionum aduersus hæreticos
Tom. I. quæ tamen haec tenus, quod sciam, lucem non aspicerunt. Exstant vero:

De Missa vulgari lingua non facienda, aduersus hæreticos liber singularis.

Doctrina Christiana. &c,

De modo Catechizandi lingua vulgati.

Grammaticæ Institutiones Latinæ.

IACOBVS PONTANVS, natione Bohemus, sed in Germania educatus. Vir in Humanioribus potissimum litteris exercitatus, quiq; illarum studium ferè nostræ Societatis in Germania primus excoluit, & plurimos erudituit discipulos, ac suo exemplo & cohortatione ut illas excolerent, incitauit. Scripsit,

Progymnasmatum Latinitatis, sive Dialogorum, volumina IV. in quibus omnia ferè quæ in consuetudinem usumque communem incident, purò Latinoque sermone complexus est. Item,

Institutiones Poëticæ. Item,

Florida, hoc est, *Carmina sacra*.

Comædias præterea aliquot *sacras*, quæ nondum prodierunt in lucem. Item,

Præclaros atque uberes *Commentarios in uniuersum Virgilium*.

Præterea, edidit à se è Græco versum in Latinam linguam, *Ioannem Cantuuzinum*; qui quatuor libris, bella inter Andronicum suum & Nepotem gesta, elegantissimè descripsit.

Georgij Phranzæ Chronica Orientis imperij.

Philippi Solitarij Dioptra, seu Regulam rei Christianæ libris I. V. & *Nicolai Cabasila De uitiosis Christo* libros V. I.

Ioan-

Ioannis Carpathiorum Episcopi Capita hortatoria, sine documenta spiritualia ccxci.

Philofai Patriarche Constantinopolitani laudatio in Basiliūm, Nazianenum, & Chrysostomum.

Michaēlis Glycæ disputationes cum Notis.

Parthenometrica, id est, meditationes, preces, & laudes in Virginem matrem, ex Menæis, Euchologio, & aliis collectas.

Simeonis Iunioris Orationes xxiiii. Item,

Simeonis Episcopi Thessali de Diuino Templo, & ascetica. Item;

Theophylacti Simocata historiam de Mauricio Imperatore. Item,

Commentaria in Prophetas minores B. Cyrilli Alexandrini. Itēm,

Fasciculos duos, *Similitudinum, Sententiarumq; moralium*, è Græco versos.

Dialogos quosdam de Spiritu & Carne.

Meditatur in Ouidij Nasonis *Metamorphosin. Commentarium*, post editos iam in libros *Tristium*, ac de *Ponto*.

IACOBVS SALESIVS, natione Gallus, patria Aruernus, ex oppido Lefou, anno M.D.LXXVI. Societati adscriptus, eruditissimus linguis instructus ac Philosophia, Theologiam Mussiponti & Turnonii professus; summa martyrij flagrans cupiditate, eiusque Albenaci in Gallia palmarum adeptus, S. Eucharistia studiosissimus *de septem Sacramentis* opus sibi confectis pferat, quod pestilentis cathedrali Ministri creptum, à morte nec prece nec pretio restituere in hunc usque diem voluerunt.

IACOBVS SIRMVNDVS, natione Gallus, patria Aruernus Ricomagenensis, vir est totius antiquitatis

tatis curiosus inuestigator, & Latine Græceque impensè doctus. Scripsit, quæ auidè ab omnibus expectantur,

Commentaria in Sidonium Apollinarem Aruernitum; & quas vertit è Græco in Latinum, complures *Orationes SS. Patrum*, numquam anteā excusas, easque Notis illustravit. Item,

Vitam sanctissimi viri Pauli anachoreta admirandam, hac tenis Latinis incognitam, ex antiquo Græco Codice Sfortiana bibliothecæ, Latinitate donauit. De qua Baronius Card. Tom. x. Item,

Vitam & præclaras res gestas sancti Niconis Græcè conscriptas, ex eadem bibliotheca Sfortiana acceptas, in Latinum translatis. Qui quidem *Nicon Armenus* genere fuit, & Cretenium actotius pñne Orientis Apostolus, & sanctitate, prædicatione, ac miraculis floruit, circa annum salutis d. cccc. lx. teste eodem Card. Baronio Tomo x. Item,

Petrum Siculum Latinum fecit, qui aduersus Manicheos egregium edidit *Commentarium ad Archiepiscopum Bulgarum*. Item,

Epistolas qualidam Thedori Studite.

Goffridi Abbatis Vindocinensis S. Priscæ Cardinalis Epistolas, Opuscula, Sermones in lucem eruit, ac Notis *Epistolas* illustravit.

Edidit & *Flodoardi presbyteri, Ecclesie R̄hemenensis. Canonici, Historiarum eiusdem Ecclesie lib. i v.* & *Ennodij Ticinensis Episc. Opera* Notis illustravit.

Porrò de *SIRMVNDO* honorifice meminit idem Card. Baronius Tom. viii. & Tom. ix. *Hec*, inquit, *Latinitate donauit Iacobus SIRMVNDVS Societatis IESV Professor, inter nostri seculi primos viros disertos merito adnumerandius.*

IACOBVS SZAFARNIUS, natione Polonus, anno salutis M. D. LXXIY. habitum nostrae religionis suscepit, ac multis annis egregius Concionator fuit, & cum laude Superioris munere functus est.

Vertit Polonicè *Vitam B. P. nostri IGNATII*, à P. PETRO RIBADENEIRA *Latine conscriptam*.

IACOBVS VANGROVITVS, natione Polonus, anno salutis M. D. LXVI. Romæ in Nouitiatu rudimenta posuit, fuitque Poloniæ prouincie Vice-pruincialis. Scriptis,

Postillas in Euangelia.

IACOBVS VIVECVS, natione Polonus, patria Vagobreeensis, adolescens nomen CHRISTO dedit in Societate, anno salutis M. D. LXI I I I. Deinde vitæ integritate prudentiæque laude eluxit, Latinis, Græcis atque Hebraicis litteris probè excultus, & scientiarum cognitione expolitus, trium Collegiorum Rector Poloniae etram atque Transylvaniæ Præpositus Vice-pruincialis fuit. Scriptis multa materna lingua ad refutandos potissimum hæreticos, & Catholicos in fide confirmandos. Ex quibus hæc sunt:

Iudicium quorundam Catholicorum de confessione Sedomiriensi hæreticorum Sacramentariorum.

Conciones in Dominicis & Festis diebus per totum annum, quibus titulum fecit, *Postilla maior* in duas partes distincta, cum *Apologia eiusdem contra Gregorium Ternoniu[m] Sacramentarium*.

Conciones breiores Dominicorum & Festinorum dierum per totum annum, seu *Postilla minor*. Quæ vtræque Postille teruntur manibus Parochorum.

De Purgatorio liber.

Dialysis assertionum Iacobi Niemoretij.

De

De Ecclesia, doctrina Catholica, cum responsione ad obiectiones Iacobi Niemoretij

Horarias preces B. MARIE Virginis in linguam Polonicam transtulit.

Vitam & doctrinam CHRISTI Salvatoris nostri, ex quatuor Euangeliis à Iansenio collectam, in Polonicam linguam vertit. Et quoniam hæretici nihil habent antiquius, quam ut sacras Scripturas, tamquam communes Ecclesiæ fontes inficiant, depravatis translationibus corrumpant, ut qui ex illis bibent, vénierū hauiant; ut huic malo IACOBVS occurret, *Nouum Testamentum* iuxta vulgatam editionem similiiter Polonicè transtulit, additis argumentis singulorum Capitum, & Annotationibus ad marginem, & Scholiis, seu Interpretatione Orthodoxa eorum locorum, quæ hæretici ad sua dogmata confirmanda impiè detorquent, & eorum item quæ ad stabiliendam Catholicam fidem faciunt.

Psalterium item *Danidicum*, cum similibus argumentis & Scholiis contra hæreticos.

Denique *Biblia uniuersa, iuxta vulgatam editionem* Polonicè reddidit; quæ, IACOBO VIVECO ad meliorem vitam translato, edita Cracoviæ sunt, anno salutis M. D. XCIX. iussu & sumptibus Stanislai Kankomisj Archiepiscopi Gnesnenis Poloniæ Primatis. Latinè verò exit in lucem *Defensio Sacrificij Missæ sacrosancti, aduersus Franciscum Stancarum.*

Libellus item pro diuinitate CHRISTI Domini nostri, & Spiritus sancti.

Oibi diem suum bonus atque eruditus Pater Cracoviæ, anno salutis M. D. XCVII.

IGNATIVS AMANBVS, natione Gallus, gente

I

Del.

Delphinus, patria Rappincensis, Theologus acutissimus, ex Rectore Turnoni (vbi & Philosophiam docuerat, & Theologiam Lugduni & Auenione) prouincia Franciæ Prouincialis Praefectus, Henrico IV. Regi acceptus, Epistolas edidit contra Danieliem Chamierum Caluinianæ doctrinæ apud Allobroges ministrum.

IGNATIVS BALSAMON, natione Italus, patria Bergomas, diu Auenione & Tolosæ tironum magister. Scriptis

Ascetica quædam Latinè, quæ & Gallico ac Belgico sermone leguntur. Item,

Meditandi ac precandi modum, Gallicè. Itemque:
Documenta ad Religiosam vitam perfectius descendam.

IGNATIVS MARTINEZ, natione Lusitanus, patria ex oppido Gouea Diœcesis Conimbricensis, ad nostram se Societatem adiunxit viii. die Aprilis anni salutis M. D. XLVII. Hic sacræ Theologiæ Doctor ac Philosophicis disciplinis apprimitè excultus, in Academia Eborense primus Aristotelis libros explanauit, & cursum, quem vocant, perlegendo confecit, Regique Sebaltiano à sacris concionibus fuit. Postea Roma ex Congregatione generali in patriam rediens, totos xvi. annos, pueris, pauperibus, rudibus, seruis, militibus Christiana doctrina imbuendis, & ad pietatem formandis, magna charitate, magno spiritus ardore consumpsit. Erat enim morum integritate, humilitate, sui neglectu, seculi contemplatione, Dei atque proximorum charitate suspiciendus. Itaque omnibus Dominicis atque Feriatis diebus semel atque iterum concionabatur ad plebem in carceribus, & ad tritemes

damna-

damnatos, & verbis ardentibus ad detestationem peccatorum inflammabat. Sed dum aliorum saluti vt consulat sibi non parcit, in morbum incidit, & contempta vita mortali immortalem ac sempiternam consecutus est. Eius corpus Conimbrice prius Kal. Martij anni salutis M. D. XCIV. sepulta mandatum est incredibili hominum concursu, luctu, laude. Scriptis vir tantus

Quatuor tractatus Lusitanicè valde pios & utiles.

Litanias quoque de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento è sacræ Scripturæ locis concinnauit.

IOANNES ANT. VALTRINVS, natione Italus, patria Senensis, candidi vir ingenij, multaque eruditio, Sacras Romæ litteras decurso studiorum curriculo publicè professus, scripserat adolescens, dū Eloquentiā profiteretur, sibi, vt aiebat, & Musis,

De re militari veterum Romanorum lib. v. ab ipsis etiam æmulis laudatos : quos olim sibi ablatos inuitus typis euulgatos inaudiuit.

Annuas ad hæc litteras Societatis anni M. D. XCII & M. D. XCIII. Superiorum iussu conscripsit.

Vitas item compendiosè BB. Stanislai Kosca, & Ludowici Gonzaga, si non edidit, Italicè tamen conscripsit.

IOANNES AQVAPONTANVS, natione Britannus, scriptis suppreslo nomine,

De persecutione Anglicana.

IOANNES ARNBRYSTERVS, natione Germanus, patria Franco, siue ex Franconia, Societati se dedit admodum iuuenis, anno salutis M. D. LXXII. Qui Spiræ linguam Græcam, poësim, & politiores litteras (quibus ab initio delectatus est) aliquot annos professus, atque in eisdem studiis mortuus est

anno salutis M. DC. I I I. XXVII. Martij.

Extrat *Olinetum Spirense* rogatu Canonicorum Spirensium editum; & sine nomine eius, *In mortem Danielis Archiepiscopi Moguntini varia complatio, & successoris Wolfgangi gratulatio.*

IOANNES AZOR, natione Hispanus, patria Murcianus ex oppido Lorca, à teneris, quod aiunt, vnguiculis, studiis deditus, & in nostra Religione pene educatus, in omnibus honestis disciplinis continenter versatus est, quas etiam praeclarè auditoribus enucleauit; & *Compluti & Romæ Diuinæ litteræ, & D. Thomæ Theologiam*, multos annos professus est, magno ingenio, excellenti memoria, assidua lectione, & egregia linguarum peritia. Scriptit,

Rerum Moralium seu Casuum conscientia Tom. III. valde eruditus: quorum tandem tertius sumptibus Horati Cardon lucem aspergit. Scriptit etiam

Iusta in *Cantica Cantorum Commentaria*, Historicum primum, deinde etiam Allegoricum sensum continentia. Fuit vir non minus candore animi ac vita integritate, quam varia atq; eximia eruditione insignis: qui Complutensis Collegij nostri Rector fuit, & magno doctris viris ac bonis omnibus sui reliquo desiderio, annis grauis, laboribus fractus, meritis cumulatus, vitam cum morte Romæ commutauit, xix. Febr. anno salutis M. DC. I I I.

IOANNES BAPT. ATHANASIVS, Lugduni Galliæ natus, patre Italo Senensi. Scriptit Gallicè *Tribunal conscientie.*

IOANNES BAPT. PERVSCVS, natione Italus, patria Romanus, qui iam vir Societatis iugum subiit, & magna rerum gerendarū prudentia, aliquot Collegia, tres Professorum domos, & Mediolanensem Pro-

Prouinciam gubernauit. Scriptit B. Caroli Cardinalis Borromæi rogatu Italicè

Instructionem Confessariorum & Sacerdotum. Vertit ex Hispanico in sermonem Italicum librum *Didaci Stelle de contemptu mundanae vanitatis.*

Dedit postremò

Historicam narrationem de Rege Mogor, & regnum Iaponia conuersione, ex litteris annuis M. D. XCII, M. D. XCIV. & M. D. XCV. Fuit vir præstanti animi demissione.

IOANNES BAPT. ROMANVS, natione Ægyptius, patria Alexandrinus, vir fuit pietate singulare & ardentissimo animarum zelo, pro quibus multas & bene longas peregrinationes suscepit, labores magnos sustinuit, varia salutis discrimina adiuit, persecutiones grauissimas passus est. Denique Romæ cessit è vita, anno salutis M. D. XCI. Scriptit,

Doctrinam Christianam Italicè, cum iconibus mysteriorum fidei. Item,

Catechismum lingua Hebreæ, Arabica, & Maronitica.

IOANNES BAPTISTA VELATVS, natione Italus, patria Pedemontanus, ex castello cui nomen est Creuacor, adolescens à B. P. N. IGNATIO in Societatem Romæ admissus est, & ad pietatem institutus. Deinde bonis litteris excultus, litteras Humaniores in Societate docuit. Superioris sæpè & Concionatoris munere perdiu functus est, & in se neclitate bona, propè octogenarius, quieuit in pace, anno salutis M. DC. I. Scriptit Italicè,

Introductionem ad vitam spiritualem & perfectiōnem Christianam, pro singulis statibus, coniugatorū, continentium, viduarum, virginum, & Religioso-

rum, cum *Prædicta spirituali* communi omnibus,
 IOANNES BAPTISTA VILLALPANDVS, natione
 Hispanus, patria Cordubensis, x x v i. annorum
 adolescens, Philosophicis probè excultus, atq; Ma-
 thematicis apprimè exercitatus, nostræ se Societati
 adiunxit. Is deinde in Sacrarum litterarum studio
 non mediocriter progressus, HIERONYMO PRADO
 in *Ezechiele illustrando*, & in *templo Salomonis de-*
scribendo per Architecture scientiam, qua plurimè
 excellebat, mutuas operas tradidit, & post
 PRADI mortem in eo regio opere perficiendo, in
 i i i Tomos distinguendo, splendideq; sumptibus
 regis excludendo, strenue laborauit. Ergo is i. To-
 mo, quo sex & viginti Prophetæ capita a H I E R O-
 NYMO PRADO elaborata continentur, duo ipse se-
 quentia adiunxit, copiosis Commentariis illustrata.
 Tomo ii. dedit vniuersam Templi fabricam,
 atque tum templi, tum vasorum formâ, Commen-
 tariis & æneis quamplurimis descriptionibus ex-
 pressam. Tomo tandem i i i. apparatus virbis ac
 templi Ierosolymitanî, in quo de vrbe copiosissimè
 differit: de Hebræorum ponderibus, numismatis,
 & mensuris diligètissimè. Omnia ex studio & ope-
 ra cum HIERONYMO PRADO collatis. Continuis
 tandem laboribus fractus, & magni operis mole
 veluti oppressus, pestilentî morbo Romæ succum-
 bit, annos natus sex supra quinquaginta.

IOANNES BONIFACIVS, natione Hispanus, pa-
 tria Ciuitatensis ex oppido Sancti Martini del Ca-
 stanar, annum agens xv i i i. sese ad Societatis in-
 stitutum applicauit, & cùm ingenio atque eruditio-
 ne præstaret, & in splendidioribus se disciplinis lau-
 date posset exercere; non vulgi trutina, sed pruden-
 tium

tium virorum statera rem æstimans; maluit se ad
 pueros moribus formandos litterisque erudiendos
 dimittere, quâm speciosa minusque utilia sectari.
 Quamobrem x l. propemodum annos docendis
 pueris impedit, magna charitate, magna indu-
 stria, magno fructu; eius enim opera atque institu-
 tione factum est, vt permulti eius discipuli, reiecta
 sæculi vanitate, habitum sacrarum religionum in-
 duerint, aliquæ præterea multi vitam Christiano
 homine dignam traduxerint, magno Reipub. bono.
 Scripsit BONIFACIVS,

De Christiana institutione inuentutis.

De Sapiente fructuoso.

Epistolas & orationes varias.

De vita & miraculis B. MARIE Virginis.

IOANNES BORDESIVS, natione Gallus, patria
 Burdegalensis, vir Humanioribus litteris ac Philo-
 sophicis, quas vrasque Diuione cum laude profes-
 sus est, Theologiae etiam & Antiquitatis peritissi-
 mus, Collegij Auscitani Rector, scripsit Gallicè li-
 brum inscriptum,

Les vrays abus, des pretendus abus de la Messe.

Item, *Les Et cetera du Plessie Mornay Caluiniste.*
 vbi ab isto Caluinista contra Sacrosanctam Eucha-
 ristiam & Missæ sacrificium adferri fallâ & truncata
 ostendit graphicè: vt & Gallicè idem demonstra-
 uit *Fronto Ducaus* Societatis Theologus,

De Sacrificio Missæ contra Caluinum.

IOANNES BVSÆVS, natione Belga, patria Nouio-
 magensis, adolescens in ipso ætatis flore, atque vi-
 cefimum annum agens, Kalendis Iulij anni salutis
 M. D. L x i i i. Societatem nostram complexus est.
 Deinde ad nostrum institutum conformatus, pri-

mùm litteras Humaniores ac Philosophicas docuit, tum Romæ Theologiam didicit, in qua eos fecit progressus, quos postea docédo & scribendo ostendit. Nam & sacram Scripturam, & Theologiam, quæ via & ratione philosophatur, & quæstiones de moribus, annos fermè duos & viginti Moguntia, vbi adhuc floret, profectus est; innocentia ac sapientia opinione clarus. Edidit quæ sequuntur:

Disputationem Theologicam de Ieiunio & delectione ciborum contra hæreticos.

Disputationem de persona CHRISTI aduersus Vbiquitarios.

Apodixin Theologicam pro ritu orandi Rosarium B. MARIAE Virginis, x x. propositionibus comprehensam.

Rgsari Hyperaspisten, hoc est, depulsionem cauillationum, quibus Calvinista quidam Heidelbergensis eiusmodi Apodixin frustre obscurare conatus est.

Disputationem Apologeticam pro Kalendario Gregoriano contra Iacobum Herbrandum Doctorem Lutheranum Tubingensem.

Disputationem de descensu CHRISTI ad inferos, aduersus decretum libri concordiæ Lutheranorum.

Item, *Apologeticum disputationis de persona CHRISTI, cauillationibus Stephani Gerlachij Vbiquistæ oppositum.*

Item, *Refutationem duplarem cauillationum à Stephano eodem obiectarum.*

Responsonem ad Theses Theologorum Lutheranorum Magdeburgensem, de Missa Pontificia, & Coenæ Dominica profanatione.

Disputationem Theologicam de Baptismi necessitate,

tate, & de Baptismo Constantini Magni.

Paradoxa xxx. Gasparis Schuenckfeldij Hæresiarum, de toto CHRISTO Deo & homine, in statera sacræ Scripturæ, S. S. Patrum, & Rationis expensa. Ad hæc in lucem eruit,

Anastasium Bibliothecarium de Summis Pontificibus, numquam antea excusum.

Cui adiuncti sunt *Luidibrandi Ticinensis Diaconi* (vel potius alterius) opusculum *De ritu Romanorum Pontificum*. Item,

Abbonis Floriacensis Epitome, ex Anastasi hi-
storia excerptam.

Hincmari Rhemensis Episcopi Epistolas nonnullas numquam editas.

Vitam sancti Vigberti socij sancti Bonifacij Ar-
chiepiscopi Moguntini, & B. Auperti Bingionum.
Ducis.

Opera Petri Bleſenfis Bathoniensis in Anglia Ar-
ebidaconi correcta, & Notationibus illustrata.

Ioannis Trithemij opera de Ecclesiasticis Scriptori-
bus. Et utriusque Appendicem. Item,

Panarion, hoc est, Artem Medicam, variis diuinæ Scripturæ priscorumque Patrum antidotis aduer-
sus animi mortbos instructam.

Viridarium Christianarum virtutum, concionato-
ribus opus longè utilissimum. &,

De statibus hominum.

Idem Pater IOANNES BVSÆVS ex Italica lin-
gua in Latinam vertit varia *Indica, Iaponica, &*
Chinenſia.

Vincentij Bruni Tres Tomos Meditationum.

Fulwij Androtij opuscula De frequenti Commu-
nione, & De passione Domini. Item,

Responsonem Bellarmini ad Doctorem Theologum de censuris contra Venetos.

Gaspars Loartis de Mysteriis xv. Rosarij.

Francisci Aria tractatuum, De imitatione B. VIRGINIS, De profectu spirituali, diffidentia sui, & mortificatione.

IOANNES COVILLONIVS, natione Belga, patria Insulensis, vir si quis alius candidus, sincerus, pius, eruditus, qui anno (ni fallor) M. D. XLI, Louanij se nostris adiunxit, & in Lusitaniam profectus, in Collegio Conimbricensi, ac Romano, & Ingolstadij in Germania item, Philosophicas atque Theologicas disciplinas professus est, & in Concilio Tridentino Alberti Duci Bauariae nomine interfuit, ac sententias cum aliis Patribus dixit, & pie vita finitus est, anno Domini M. D. LXXXI. Reliquit

Assertiones in Epistolam priorem D. Pauli ad Corinthios, quam Romæ interpretatus est, & in Psalmos Questiones.

Apponam Elogium, quo Academia Ingolstadiensis COVILLONIVM nostrum ornauit:

IOANNES COVILLONIVS Societatis IESV, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, natus Insulis, nobili Flandriæ ciuitate, & maximorum ingeniorum matre. Vnus ex primis Societatis Patribus fuit, qui CHRISTO Ingolstadij seruierunt. Multa illi laus ex diligentia, ex doctrina, ex candore dicti & facti. Maior, quod qui aliis fuit maximus & primus, ultimus sibi semper videbatur & minimus. Vir in summa simplicitate summe prudens. Nihil in vita quererebat magis quam quietem solitudinis, pacem a turbis mundi. Emissus tamen à suis, & quasi Dei manu

manu, in diuersas messes Galliæ, Italiae, Lusitanie, Flandriæ, cum fructu magno plurimorum. Nec minori cum dignitate ac laude in Concilio Tridentino fuit Serenissimi Duci Bauariae Legatus. Tandem senex moritur Romæ, cum è pœnitentiariis, qui ad Diui Petri obeunt Summi Pontificis vicariam operam, vñus censeretur. Tam scitè conscientias hominum tractare nouerat, vt maximus Peccator dixerit, *Malle se lancari à COVILLONIO, quam sanari ab alio.*

IOANNES CROMBECIVS, natione Belga, patria Duacenas, edidit Antuerpiæ

De studio perfectionis lib. II. pietatis plenos.

IOANNES DAVID, natione Belga, patria Cortracensis, gubernandi munere Cortraci, Bruxellis, & Gandavi claruit, dicendiq; venustate, & inuentionis solertia, iconibus scripta sua pleraque cum admiratione spectantium illustrat. Edidit autem,

Veridicu Christianum, seu, de Fidei Christianæ capitibus, Latinè ac Belgicè.

Occasione Typum.

Paradisum sponsi & sponsæ. in quo

Mebis Myrræ & Aromatum, siue, De Instru-

mentis ac mysteriis Passionis CHRISTI. &

Pancarpium Marianum, siue, De B. M. VIRGI-

NIS landibus gestisque. Item,

Specula XII. pia & venusta

Et hæc quidem omnia cum iconibus prodiere in Plantiniana officina. Belgicè verò scripsit,

Aluearium, aduersus Philippum Aldegundum Caluinianum.

Araneum Hareticum.

Labyrinthum hereticorum.

Virida-

*Viridarium rituum ac Ceremoniarum Ecclesiae.
Oeconomum Christianum cum Spongia vitiorum.
Sortem sapientiae.*

Item libellum qui inscribitur, *Lapis Lydius.*

Nuper etiam Latinè dedit :

Amputandum Putabam, qua radix, stirps, & germen est errorum.

JOANNES DECKERIVS, natione Belga, è Flandria oriundus; Neapoli haustis quandam disciplinis sacrarum Litterarum ac Scholasticæ Theologiae, Duaci & Louanijs Grudiorum easdem publicè professus, scripsit,

Exercitium Christiana pietatis.

Græcij verò in Austria docens, *Velificationem, seu, Thcoremata de anno ortus ac mortis CHRISTI controverso, deque uniuersa CHRISTI in carne Oeconomia.* daturus breui & Tomos aliquot

De sacra Chronologia, seu Temporibus.

JOANNES DOMINICVS CANDELA, natione Siculus, patria ex oppido sancti Philadelphi, ingressus est Societatem, anno salutis M. D. LXIII. ætatis xxi. qui postquam per xx. annos Concionatoris partes egit, ac trium Collegiorum & Professæ domus Panormitanæ curam habuit, & Nouitiis nostris ad Religionem formandis operam impendit, Prouincia Sicilia præfuit. Scripsit,

Librum De Virginitate, in tres Tractatus distinctum, videlicet,

De Bono Virginitatis.

De statu Virginitatis.

De moribus Virginum.

JOANNES DVRAVS, natione Scotus, scripsit libellum in quo x. propositiones Edmundi Campaniæ

piani eruditè propugnat, & aduersus calumnias hereticorum defendit, potissimum contra Wittakerum Ministrum.

IOANNES FERDINANDVS, natione Hispanus, patria Toletanus, vir singulari eruditione & pietate, Græcas litteras professus est Toleti antequā CHRISTO in Societate nomen daret: deinde tanta auiditate ac studio sacram Theologiam arripuit, hausit, perdidicit, vt in Hispania, & Romæ, & in inferiore etiam Germania, illam publicè explanaret; & Hispanica, & Latina, & Italica lingua concionibus habendis, vehementer populum commoueret ad pietatem. Erat enim silentio, lectioni, orationi omnino deditus, & à confabulationibus & communis hominum consuetudine alienus, nisi si quid ad ipsorum utilitatem transigendum esset. Itaque asfidua oratione ac familiaritate cum Deo viuebat; & sanctorum Scripturarum lectione, tamquam cœlesti manna pascebatur: Dei zelo animarumque salutis usque adeò ardebat, vt in Germania in inferiore, cum in exercitu Regis Catholici Philippi II. iuvandis militibus verlaretur, in apertum le nonumquam discriimen coniceret, & in eas se angustias sèpè inferret, vt ab hostibus vndique tormentis, telisque missilibus appetitus, vix posset euadere, absque miraculo. Idque ea tantummodo ratione, ne milites in fossa saucij, atque animam agentes, sine confessione peccatorum è vita decederent. Multas habuit diuinas illustrationes, quibus mirificè à Deo recreabatur. Obitus sui diem præsensit ac pre-significauit, & Palentiæ sanctè decessit è temporali illa atque ærumnosa vita, ad sempiternam illam atq; felicissimam, in qua Deus videtur sicuti est, anno salu-

salutis M. D. XCV. i. x. die Martij, ætatis suæ LIX.
quorum x. l. vixit in Societate. Scripsit,

Diuinarum Scripturarum iuxta SS. Patrum sententias locupletissimum Thesaurum, tribus Tomis distinctum: in quo per singulas dictiones, ordine Alphabeti litterario, Parabolæ, Metaphoræ, Phrasæ, & difficiliora loca totius sacræ Scripturæ declarantur. Ex tribus his Tomis primus exiit in lucem, & typis mandatus est. Secundus omnino absolutus prælum expectat. Tertio inchoato & ad fastigium pænè perducto finem FERDINANDO impone re morte intercepto non licuit. Vtinam manum postremam Socij, ut spero, admoueant, & forasque extrudant.

IOAN. FRANC. CARETTONIVS, natione Italus,
patria Romanus, edi permisit à se habitam

Orationem de Christi morte. Item,

Annas Societatis litteras, anni M. D. XCII.

IOANNES GABRIEL BISCIOLA, natione Italus,
patria Mutinensis, annum agens xvi. cum fratre *Lelio Bisciola* natu minore Romæ à B. P. nostro
IGNATIO in Societatem admissus est, anno salutis,
ni fallor, M. D. LV. posteà Humanioribus, Philosophicis, atque Theologicis litteris eruditus, & aliquot Collegiis Praefectus, præclara religionis, modestiæ, prudentiæ vbique documenta præbuit, seq;
verum IGNATII filium præstitit. Scripsit (vt &
Petrus Skarga, Polonus)

Epitomen decem Tomorum Annalium Cardinalis Baronyj, magno labore, iudicio, ac Reipubl. bono.
Num cum breuitate perspicuitatem coniunxit, &
selektissima quæque, & ad Ecclesiasticæ historiæ cognitionem vtilissima, ita decerpserit, collegit, & in

vnum

vhum opus rededit, vt viri eruditæ, qui à lectione *Annalium Card. Baronyj*, propter eorum immensitatem, pænè deterrebantur, facillimè possint opus ingens in compendium contractum, absque temporis iactura percurrere. Vertit & Italicè

Martyrologium Romanum.

IOANNES GIBONVS, natione Anglus, patria Wintoniensis, propter insignem probitatem ac scientiam à GREGORIO XIII. Pont. Max. Canonicatu Bonnenſi in Vbiis donatus, omnibus diuinitis & honoribus, CHRISTI ignobilitatem ac paupertatem prætulit; & anno salutis M. D. LXXVIII. Societatem nostram ingressus est Treueris, vbi sanctæ Theologiae Doctor & Professor, & Collegij Societatis Rector fuit. Scripsit,

Disputationem de Sanctis.

Confutationē virulenta disputationis Georgij Schon Caluiniani Professoris in Academia Heidelbergensi, qui conatus erat docere Pontificem Romanum esse verum Antichristum.

Disputationem De communione Eucharistia sub una specie.

Concertationem Ecclesiae Catholice in Anglia aduersus Caluno-papistas & Puritanos sub Elisabetha Regina, in tres partes diuisam.

Vir fuit verè humilis, suavis moribus, zelo ac charitate feraens, qui in monasterio Himmelrodensi, quod salutatum monachos amicos suos venerat, anno salutis M. D. XXXIX. 111. Decembribus piè cessit è vita.

IOANNES A GOVDA, natione Belga, patria Vl-
træctinus, decursis Humanitatis, Philosophiae, ac
Theologiae studiis, cùm discendo, tum docendo,

Con-

Reliquit & *Helleborum* *Ioanni Serrano* Caluiniano, ei qui post Marsilium & Cornarium Platonis opera vertit.

Obiit Musiponti Academiæ illius nostræ *Canellarii*, sexagenario maior, abstemius per omnem vitam, xxii. Maij, anno M. DC. VIIII. quo anno & *Carolus IIII.* Lotharingiæ Dux, de nostris benè meritus, decepsit.

IOANNES HAIUS SERVIUS, natione Belga, patria Hannonius, Philosophiam Louanijs & Duaci, sacrasque Litteras publicè professus, gubernandi munus diu tenuit. Edidit Duaci Belleri typis

Quaternionem Euangelistarum, seu seriem è quatuor Euangelistis. &,

Apparatum Euangelicum, veluti *magazinæ* ingentis operis,

Concordia quatuor Euangelistarum, cum sanctorum Patrum Græcorum Latinorumque in eamdem sententiis, Catenæ Patrum in modum concinnatis, cui hunc indidit titulum admirandum: *Triumphus Veritatis ordinati Euangeli quadriga inuestita, Sanctorum Patrum exercitu instructæ*.

Duaci etiamnum claret senex.

IOANNES HARLEMIVS, natione Batauus, patria Harlemenfis. Vir in factis Scripturis peregregiè versatus, quas & ex Hebræa lingua Louanijs apud suos interpretatus est. Scripsit,

Indicem Biblicum, breuitate exiguum, utilitate maximum.

IOANNES HASIUS, natione Belga, patria Siluaducensis, xiv. Ianuati anno salutis M. D. LXII. Coloniæ nostris adscriptus est. Hic in Prouincia Rheni strenuum se Societati ministrum exhibuit.

Rheni

Nam Coloniæ ter Philosophiæ docendæ, Heribaldi Theologiæ nonies, obeundæ Prouincię adiunctus comes & Consiliarius tribus Praepositis Provincialibus, assiduum atque utilissimum laborem impendit. Rectoris officium bis Embricæ Clivorum, Prouincialis semel obiuit. Constantia animique magnitudine tanta præditus, ut Embrica cum suis ab hereticis cedere iussus, neque minis, neque terroribus, neque hostium exercitu se de mentis constantia deduci passus sit, persistiterque hereticis inuitis ac frementibus in ciuitate. Scripsit, vel perfecit potius,

Opus Petri Busai, qui *Catechismum* P. PETRI CANISII SS. Patrum auctoritatibus locupletauit.

Illustrauit etiam *Cœsarij Heisterbachensis exempla*; & vt visiones quæ in illis referuntur, confirmaret, benè longam Præfationem adiecit.

Adornat editionem meliorem *Chronici Mariani Scotti*, ad vetera exemplaria comparati.

IOANNES LORINVS, natione Gallus, patria Aunionensis, vir apprimè doctus, & qui Philosophiam Romæ, Theologiam & Litteras sacras Lutetiq; Mediolani, Romæ, cum laude professus est. Scripsit,

Commentarios in Acta Apostolorum, & in Ecclesiastem, & Sapientiam Salomonis. in Psalmum LXV II, & in Epistolas Canonicas B. Petri, Joannis, & Iude.

Atque haec quidem typis excusa: *Commentarios in Psalmos* habet sub prælo, quorum Tomus primus iam prodiit.

IOANNES LVCENA, natione Lusitanus, patria ex oppido Trancoso, diœcesis Viseñsis, in Collegio nostro Conimbricensi, puer xv. annos natus ad Societatem admisus est, ipso die Natalitio D. N. IESV

CHRISTI, anno salutis M. D L X V. Deinde Philosophicis atque Theologicis litteris excultus est; magnamque bonarum Artium scientiam consecutus, Aristotelicas disciplinas Eborensi in Academia professus est. Sed cùm aliis rebus LV CENA excelluit, tum maximè Oratoria facultate. Itaque de loco superiore ad populum verba faciens, admirabili hominum concursu, plausu, fructuq; audiebatur. Quo in concionandi munere xx. annos maxima cum laude posuit, & ad extremum vñque spiritum perseuerauit; quem in D. Rochi Professâ domo Olyssiponensi piè sancteque effudit, anno salutis M. D C. II. Octob. Vir fuit omnibus ornatus virtutibus, sed potissimum patientia, animi submissione, lacrymarum dono, & in aduersarios charitate. Scripsit materna atque eleganti lingua libros x.

De Vita B. P. FRNCI CI XAVIER, deque rebus, ipso viuente, & nostris in India gestis.

IOAN. L V D O V I C U S DE LA CERDA, natione Hispanus, patria Toletanus, adolescentulus Tolerti admissus est in Societatem ipso S. Francisci factio die anni nostræ salutis M. D. LXXIV. qui Humanioribus, Philosophicis, atque Theologicis litteris excultus, totum se erudiendæ iuuentuti impedit.

Accuratos dedit *Commentarios in uniuersum Virgilium*, qui doctis viris maximè probantur. Est enim multæ vir lectionis atque indicfessi studij, Eloquentiæ ac Poëticæ in Societate assiduus professor.

Parat in *Tertullianum Annotationes*, quas, si vitæ vsura longior fuerit, ad communem utilitatem post tot tantolque viros extrudet.

IOANNES MAGIRVS, natione Germanus. Scripti Breuem admonitionem in epistolarem disceptationem

tionem inter se & Davidem Pareum Calvinistam Heidelbergensem.

IOANNES MAIOR, natione Belga, Atrebas patria, edidit à se emendatum, Exemplis ac Notis auctum, *Speculum Exemplorum* anonymi, sàpiùs Duac nunc euulgatum.

IOANNES MALDONATVS, natione Hispanus, patria Bæticus, vel potius ex ea parte antiqua Lusitanæ, quæ *Estremadura* hodie dicitur, ex oppido quod vulgo vocatur *Fuente del Maestro*. Primam ætatem in Academia Salmanticensi egit, doctissimis & celeberrimis vñs præceptoribus; inter quos *Franciscus Toletus* S. R. E. postea Cardinalis fuit. Deinde studiis confectis, se nostræ Societati consecravit. Tum Romam euocatus, in Collegio nostro Theogiam docuit. Sed dum Collegij nostri Parisiensis scholæ primùm aperiuntur, singulari Dei consilio Lutetiam est mislus: vbi primus è nostris Theologiam totos x. annos professus est, magna celebritate, ingentiq; auditorum concursu, nec minore fructu: nam eius è ludo prodierunt viri eruditæ quamplurimi, Episcopi, Doctores, Concionatores, Parochi. Fuit vir ingenij subtilis, iudicij admirabilis, memoria excellentis, diligentia incredibilis, indefessi studij, laboris supra vires patiens. Atque hæc Dei dona aliis maioribus obscurabantur. Magna enim in eo erat terum despicientia, magna laudis & auræ popularis contemptio, humilitas ac modestia eximia, ardens ac iuge Orationis ac Meditationis studium, summa in cibo potuque parsitas, paupertatis Euangelicæ rigida obseruatio; in summa, vir fuit mundo sibiique crucifixus. In nostri sæculi hæreticos vehemens fuit in primis &

acer, ac miræ ad eos reuincedos efficacitatis. Quod disputatione ostendit in Piætatis suscepta; in qua Ministros hæreticorum insolecentes fregit, & in altera item disputatione ad Sedanum facta, de qua Genebrardus sic ait: *Ioannes Maldonatus Iesuita Capellum, Holinum, Loqueum & xx. alios Ministros Calunias, primùm differendo, deinde declamitando prostravit: nam in declamationes disputationem commutandam Ministri censuerant: quod eius vim syllogisticam non posseni depellere. Larneus, qui tunc Minister aderat, id scriptum reliquit lib. ii. Apologia cap. 12.* Sic Genebrardus de Maldonato libro iv. Chronicæ anno m. d. lxxii. qui denique à GREGORIO X III. Pont. Maximo è Gallia in Vrbem acersitus, vt operam suam præstaret ad editionem Græcam lx x. Interpretum, quam parabar; haud multo pòst Romæ cessit è vita, piorum laborum præmia à Deo consecuturus, ætatis vixdum anno l. salutis verò m. d. xxci. ineunte, perugilio Epiphaniarum. Scripsit eruditissimos *Commentarios in quatuor Euangelia*, in ii. Tom. diuisos, qui in Lotharingiæ præclara Academia Musipontana apud Stephanum Mercatorem anno salutis m. d. xcvi, primùm, & deinceps passim in Gallia, Italia, & Germania editi sunt. In iis genus dicendi breue est (vt Interpretæ decet) sed lucidum & perspicuum, elegans, peracutum, & ad docendum ac conuincendum hæreticos aptum in primis ac robustum. Scripsit etiam,

Commentarios in Prophetas maiores, Ezechielem, Danielem, Ieremiam, & Baruch. & librum De demonibus. item in Psalmum cix.

Atque alia præstantissimi sui ingenij nobis reliquit

quit monumenta, quæ nondum tamen typis excusa sunt. In iis numeratur *Summa casuum conscientia*, nam quæ eius nomine prodiit Venetiis, merito à Se de Apostolica damnata, nō MALDONATI nostri, sed partus supposititius est. Celebratur Hispani hominis doctrina à singularis eruditionis pietatisq; Iureconsulto Gallo Ioan. Stephano Durantio lib. ii. De ritibus Ecclesiast. cap. xxiv. §. 13.

IOANNES MARIANA, natione Hispanus, patria Talabrensis, diœcesis Toletana, adolescentulus xvi i. annos natus, cùm litteris Compluti operam daret, nuntium mundo remisit, seque Societati nostræ dedicauit, anno salutis m. d. lii. Deinde maximo ingenio, peracri iudicio, singulari memoria, multorum annorum studio, omne disciplinarum genus diligentissimè excoluit, & ad S. Theologiam, raram omnium liberalium artium & Historiæ tum Ecclesiastice tum profanae cognitione, & præterea Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ linguae peritiam adiunxit. Romæ, in Sicilia, in Academia Parisiensi D. Thomam Aquinatem magna cum laude publicè est interpretatus. Est enim in inueniendo acutus, in iudicando severus, in disponendo distinctus, perspicuus in explicando, acer in disputando; sed morbis impeditus, coactus est studiorum cursum vel interrumpere vel remittere, & animū ad studia leuiora transferre. Itaque in Hispaniam rediit, & Toleti commoratur; ubi ne nihil ageret, scripsit hac tenus,

Annalium Hispaniae libros xxx. Latinè & Hispanicè. De cuius Historia sic Cardinalis Baronius Tomo viii. Annalium Ecclesiast. Sensit hoc atque suggillauit veritatis amator, & pietatis optimus cultor, qui erudito stylo postremam manum apposuit rerum

*Hispanicarum historia, Hispanus & ipse, sed affectu
privato carens, IOANNES MARIANA dignus Profes-
sor Societatis IESV.* Item,

De Rege & Regis institutione, lib. IIII.

De ponderibus & mensuris, lib. I.

*Tractatus VII. cum Historicos, tum Theologicos:
nimurum,*

De aduentu B. IACOBI Apostoli in Hispaniam.

De editione Vulgata SS. Bibliorum.

De die & anno mortis CHRISTI.

De annis Arabum cum annis nostris comparatis.

De spectaculis.

De moneta mutatione.

De morte & immortalitate, lib. IIII.

Eruit è tenebris, Notisque illustravit, ac proœmia
ornauit libros tres *Luca Tudensis Episcopi De al-
tera vita, fideique Contrauersis, aduersus Albigen-
sium errores.*

*Bibliothecam Photij, in Epitomen redegit: & La-
tinas fecit B. Cyrilli Alexandr. Episc. epoptus natus Ha-
mmilius: quæ duo tamen lucem non aspiciunt.*

IOANNES PETRVS MAFFÆVS, natione Ita-
lus, patria Bergomas, vir si quis aliis nostro sa-
culo Latinè Italiceque scribendi peritus. Cùm iu-
uenes aliquot nobilissimos Liguriæ in ciuitate Ge-
nuensi instituisset, & ad eloquentiam conforma-
set, Romanum venit, & se in Probationis domum ad
Societatis nostræ regulam formandum tradidit, an-
no salutis M. D. LXVI. ætatis circiter XXX. Scriptit
pereleganti stylo,

Historiarum Indicarum lib. XVI.

Selectarum item ex India Epistolarum lib. IV.

De vita B. P. N. IGNATII LOYOLÆ lib. IIII.

Item,

Item, *Vitas XIV. SS. Confessorum, Italicè.*

Reliquit Italicè *De Vita GREGORII XIII. Pont.
Max. lib. XIII.* nondum editos, & Latinè

Res gestas CLEMENTIS VIII. inchoatas.

Obiit anno salutis M. DC. III. XX. Octobris.

IOANNES MVLHVSINVS, natione Germanus, pa-
tria Thuringus, S. Theologia Doctor & Professor.
Scriptit pro Catholica religione, contra Dauidem
Paræum Heidelbergensem Ministrum,

Speculum misericordiarum Dauidis Paræ.

*Censuram disputationis prime de sacra Scriptura
auctoritate, necessitate & usu, Dauidis Paræ: ad-
iectis etiam Notis & Animaduerzionibus cum Vin-
dicatione.* Item,

Censuram Moguntinam disputationis eiusdem Paræ.

Auctarium speculi misericordiæ eiusdem Caluinistæ.

IOANNES ORANVS, natione Belga, patria Leo-
diensis, vir fuit virtute, litteris, prudentia, & re-
rum agendarum peritia insignis, qui Theologiam
Lutetiae Parisiorum professus est, & aliquot Colle-
giorum nostrorum Rector, & Belgicæ Provinciæ
Viceprouincialis fuit: anno salutis M. DC. IIII.
piè vita defunctus est Montibus Hannoniæ. Trans-
tulit eleganti stilo in Latinam linguam ex Hispa-
na librum

P. PETRI RIBADENEIRÆ, de Principe Christiano,
aduersus Nicolaum Machianellum, ceteroque huic
temporis Politicos, qui liber Antwerpia primum edi-
tus est apud Ioachimum Trogneshum, anno M. DC.
III. & deinceps in Germania. Scriptis &

Litteras Iaponicas, Magarenicas, & Chinenses.

Breuem item pro Societatis innocentia Defensionem
aduersus Lugduno-Batauos.

IOANNES OSORIVS, natione Hispanus, patria Burgensis, ex oppido Villasandino, adolescentulus **xvi.** tantum natus annos, Societati se tradidit Salmanticæ, anno salutis M. D. LVI. in qua grauiores disciplinas didicit, & professus est. Vtilem atque assiduam in concionibus ad populum habendis operam posuit; & vt stylo posteris prodesset, sicut præsentibus voce profuerat, *Tomos v. Concionum* in lucem emisit, *sextum* absolutum, & prælo paratum reliquit, qui denique in Collegio nostro Methymneni, cursu huius vitæ feliciter confecto, migrauit ad Dominum, anno salutis M. D. XCIV. ætatis **LI.**

IOANNES PELEYVS, natione Germanus, Ingolstadtij S. Theologiae Professor. Scriptis,

De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, & Charitate, singulos libros.

De Ecclesia CHRISTI militante in terris.

De Justificatione hominis iniusti coram DEO.

De B. MARIAE Virginis vita ad publicam diffutationem proposita.

De Deo quia ex creaturis à nobis cognoscitur.

De originali hominis iustitia & iniustitia.

De Sacramentis nouæ Legis.

De augustinismo Eucharistia Sacramento & sacrificio.

IOANNES PERPEZATIVS, natione Gallus, vertit è Gallico sermone in Latinum

Apologeticam responsonem aduersus Anticottoni & socrorum criminationes.

IOANNES PINEDA, natione Hispanus, patria Hispalensis, vix ephebus, ætatis anno xv. nondum expleto, salutis M. D. LXXII. saeculo valexit; &

CHRI-

CHRISTI vexillum secutus, Societati nostræ nomen dedit, in qua & Philosophicas litteras & Theologicas præclarè didicit, & professus est: nam & Aristotelem Granatæ triennium, Hispali biennium feliciter exposuit, & D. Thomam bienniū interpretatus est, & sacros diuinæ Scripturæ fontes vii. annos tum Cordubæ tum Hispali patefecit. Scripsit excellēti ingenio, magno iudicio, varia eruditione,

Commentariorum in Job, Tomos ii. Item,

De rebus Salomonis Regis lib. viii. &,

Commentarios in eiusdem Salomonis libros habet præ manibus.

Prælectionem item sacram in Cantica, qua nomine Theologici Gymnasij exceptit Cardinalem de Guevara Archiepiscopum Hispalensem Collegium nostrum inuisitatem. Meditaturque & alia in sacram Scripturam. Scripsit præterea minutiora alia, lingua Hispanica in amicorum gratiam, vt de *C. Plini loco inter eruditos controvesso, de moro, &c.*

IOANNES POLANCVS, natione Hispanus, patria Burgensis, Humanioribus litteris excultus, & Philosophicis etiam disciplinis in Parisiensi Academia eruditus, Romam venit, vbi Scriptor (vt vocant) Apostolicus factus, in ipso iuuentutis flore animum appulit ad nostram Societatem, anno salutis M. D. XLII. Deinde Patauij S. Theologiae dedit operam, magno ingenio, graui iudicio, labore assiduo. Postea Romam à B. P. N. IGNATIO reuocatus, omnium per ix. annos consiliorum, actionum, totius denique gubernationis præcipuus minister illius atque adiutor fuit. B. verò IGNATIUS in cælum sublati, apud Iacobum Laynem (cuius etiam Assistens fuit) & apud Franciscum Borgiam, qui proximè in Generatatu

latu IGNATIO successerant, eumdem locum tenuit. In gubernanda namque Societate illi plus IOANNE POLANCO vtebantur nemine. Ille à secretis erat; ille omnium litteris ac consultationibus respondebat; ille negotiorum, ille rei familiaris curam gerebat; vt unus omnium fermè obite officia, & suis humeris vniuersam quodammodo Societatem sustinere videretur: exquisita obedientia, diligentia singulari, rara patientia atque modestia. Illud præterea saepenumerò non absque admiratione animaduertimus, in ipso maximarum occupationum concurso, eumdem semper vultum, eamdem in IOANNE POLANCO frontem fuisse. Post obitum P. FRANCISCI BORGIAE factus est Vicarius Generalis, præfuitq; Congregationi Generali, qua P. EVERARDVS MERCVRIANVS Prepositus Generalis creatus est: à quo missus in Siciliā, vt Provinciam illā visitaret, suo munere egregiè perfunctus, Romam rediit; vbi haud multò pōst ex morbo decubuit, & optimè de Societate, atque ad eo de vniuersa Ecclesia meritus, sexagenario maior, è vita decepsit, anno salutis M. D. LXXVII, Scriptis Libellos tres pios atque eruditos:

Directorium Confessiorum. alterum,

Methodum innandi eos, qui animam agunt, ac morti proximi sunt. tertium,

De septem Peccatis mortalibus.

De Humilitate item paulò ante mortem aptissimè ac luculenter scripsit.

IOANNES REBELLVS, natione Lusitanus, patria ex oppido Prato, dicēsis Lamencensis, puer xv. tantum annos natus Societatem nostram expetiuit, & complexus est xxii. Iulij, anni salutis M. D. LIX. Is ad omnem se virtutum disciplinam mirum

rum in modum exercuit, oratione excelluit, mortificatione præstigit, charitate erga proximos fuit admirabili. Itaque totos ipsos pñne x l i v. annos, quos in Societate vixit, audiendis confessionibus, conacione commouendis populis ad pietatem, congregationibus instituendis, sanctè utiliterque traduxit. Animarum quæ in purgatorio culparum suarū pñnas exsoluunt, assiduus atque pius auxiliator fuit. Dominicæ passionis perpetuus meditator, beatissimæ Virginis MAKLÆ addic̄tissimus seruus, in cuius patrocinio acquiescebat, in eaque colenda, laudibusque prædicandis multus erat. Ex quo populos maximè hortabatur, vt piis precibus, ieuniis, elemosynisque, defunctorum in CHRISTO animas à Purgatorijs acerbissimis cruciatibus liberarent, & CHRISTI Saluatoris in Cruce affixi memoriam perpetuò retinerent, & ad sacratissimam VIRGINEM tamquam ad portum, siue ad spirante, siue reflante fortuna, configurerent. Et vbicumque locorum poterat, Sodalites piorum hominum ad hæc tria prestanta instituit, & legibus informauit; itaque eius opera, pietas, orationis studium, & in Deicaram deuotio in Lusitania mirificè est propagata. Sed IOANNEM REBELLVM hæc meditantem, agentem, perficiente, mors sustulit, atque ad beatam vitam, vt speramus, transtulit, x i v. Iulij anni salutis M. DC. II. Scriptis librum *De Rosario* (sic enim vocant) B. Virginis MARLÆ. Item,

Dialogos duos de eadem sanctissima Virgine.

Commentationes ad doctrinam Christianam.

Traictatum de vita CHRISTI.

Alia præterea multa scripsit, quæ nondum lucem aspicerunt, breui fortè tamen alſipient.

IOANNES RENAVDIANVS , natione Gallus, diœcesis Lemouicensis , Petrocoricensis Collegij Rector, scripsit librum cui titulus,

Affectus anima deuota ex Psalmodia Danidica.

Alter eiusdem ex Prophetis prælum expectat.

IOANNES RHETIVS , natione Germanus , patria Coloniensis, ex familia patricia Consulari, Romam anno salutis M. D. LIV. profectus est, iuuenis, viuente adhuc B. P. N. IGNATIO : deinde in Collegio Romano excultus , & grauioribus disciplinis eruditus, rediit in patriam, vbi Theologiam docuit, & concionibus populum vehementer inflammatu*m* ad pietatem ; & tum singulari animi modestia & lenitate , tum exquisita solidaque doctrina hæreticorum conatus repressit , multumque Catholicæ religioni attulit adiumenti. sed vir maximè religiosus ac pius ab homine insano (iudicia D E I abyssus multa) miserabili casu interfec*tus* est , anno salutis M. D. LXXIV. Scripsit suppresso nomine, Manutiana Scholia fecutus,

Observationes in librum primum Epist. M. Tullij Ciceronis ad T. Pomponium Atticum.

IOANNES DE SALAS , natione Hispanus , patria ex oppido Gumiel de Yza , diœcesis Oxomensis, anno salutis M. D. LIIII. natus est II. Decembris. Latinas atque Græcas litteras Pintiæ , Aristotelicas etiam puer didicit; & septima mensis Septemb. anni M. D. LXIX. noster factus est, atque ad nostri instituti regulam conformatus. Sacram Theologiam Salmanticæ audiuit, quam, Philosophiæ cursu Segobiæ prius explicato , Compostellæ, Barcinone , Salmanticæ, Pintiæ, denique Romæ plurimos annos tradidit. In Hispaniam reuersus animum ad scribendum

bendum appulit , & in D. Thome Aquinatis primam secundæ partem duos Tomos edidit , in quibus Quæstiones Angelici Doctoris, vsque ad nonaginta interpretatur; item reliqua, quæ materiam de Legibus continent , emisit in lucem.

IOANNES SANCTI IACOBI , natione Hispanus, patria Toletanus , Oratoriam Facultatem Hispali docuit , antequam se Societati addiceret , & in eam cooptatus permultos etiā annos professus est. Mortuus est XI. Ianuarij, anni salutis M. DC. IV. Scripsit *De Methodo concionandi librum*, qui Hispali typis mandatus est. Fuit vir Græcis Latinisque litteris apprimè excultus , & qui Anglie Belgique lustratis Prouinciis eruditissimorum virorum amictia floruit, atque eruditione profecit.

IOANNES SVRIVS , natione Belga, patria Bethuensis, multorum annorum graues versus colligit, vt in lucem edantur.

IOANNES THEODORICI MACHERENTINVS , natione Belga, ex oppido Macheron , quod ditionis Luxemburgensis ad Mosellam fluuium situm, prodidit in lucem ; atque anno salutis M. D. LXVI. Martij die VIII. in Societatem Treueris admissus est: qua in ciuitate , & Coloniae item , Aquisgrani & Spiræ, docendo, concionando, confessiones sacras audiendo, idoneum se CHRISTI fidelemque ministerum præbuit. Est enim vir sincerus, religiosus, & gloriæ Dei salutisque hominum amans. Scripsit pro eruditione Parochorum,

Catechismum, Treuerensis Archiepiscopi auctoritate euulgatum. &

Praxim Catechisticam.

Idem opinor, doctum dedit è sanctis Patribus
Com-

Commentarium in Saluiani Presbyteri Massilienfis eruditum iuxta ac pium opus ad Ecclesiam Catholicae, sub nomine Timothei, aduersus anaritiam, seu, Quis diues saluus?

IOANNES TORRES, natione Hispanus, patria Methymnenensis, quindecim annorum dumtaxat se ad-dixit Societati, & volumen scripsit Hispanicè, variæ eruditionis, quo Christianam Philosophiam de moribus xxv. lib. complexus est, Burgis excusum. Qui thesaurus è Patribus & Philosophis sententias summo delectu quaestitas continet.

IOANNES ROXAS, natione Hispanus, patria Tolletanus, adolescentulus xvii. annos natus Societatem nostram ingressus est, anno salutis M. D. LXIX. & posteâ ad Religionem institutus, & litteris probè instructus, tum docendo, tum concionando, tum etiam gubernando, benè meritus est de Societate, &

Libros Horatij Tursellini de sacra domo Laureana, ex Latina in Hispalicam linguam conuertit. Sed cùm opus ingens De vita ac morte CHRISTI Domini nostri haberet in manibus, ac prœlo subiiceret cogitaret, ad feliciorem vitâ translatus est, in Collegio nostro Madritano xxix. Septemb. an. M. DC. V.

IOANNES VÖELLYS, natione Burgundus, patria Valmoncelotanus, Eloquentiam apud suos annos plurimos professus, Lugduni ac Dolæ Pro-rector, compositus, & typis euulgauit,

Artificium componenda Orationis.

De ratione conscribendi Epistolas.

Habet & alia, quæ in Orationes Ciceronianas iam grandæuus meditatur, parata. In Mathematicis verò edidit, cùm Latinè tum Gallice,

De Horologiis sciothericis.

IOAN-

IOANNES WIALIVS, natione Roxolanus, patria Leopolitanus, Romæ iuuenis, atque Artium Magister cùm esset, ad nostrorum numerum adscriptus est, vir mitis omnino, eruditus, Musarumque amantissimus. Scriptis Polonicè,

Meditationes Vita Christi.

Meditationes item B. MARIE Virginis; &

Formam Vita Christianæ, adiunctis variis pre-cationibus:

IOANNES VILLALOBOS, natione Hispanus, scripsit *Grammaticam Gracam.*

IOANNES WINTERSHOVE, natione Belga, patria Ulbraeætius, Ruremonde Rectòr. edidit *The-ses probatas De concurſu Dei*, quas variis auctorita-bus & rationibus confirmauit.

JOSEPHVS ACOSTA, natione Hispanus, patria Methymnenensis, à puero se Religioni nostræ addixit, & quatuor alios natu maiores fratres habuit in Societate: quorum reliquis mortuis, solus Bernardinus superstes adhuc est. Ipse verò JOSEPHVS præstati ingenio, acri iudicio, labore indefesso, omne disciplinarum genus didicit & professus est. Deinde in occidéatis Solis Indiam nauigauit, & Peruānam nostræ Societatis Prouinciam, Præpositus Prouincialis gubernauit. In Hispaliam reuersus, in Aragonie ac Bæticae prouinciis Visitatoris partes egit; aliis etiam regendi innumeribus fuitus est. Scriptis,

De CHRISTO renelato lib. ix.

De Temporibus nonissimis lib. iv.

De natura Novi orbis lib. xi.

De procuranda ïndorum salute. lib. vi.

Historia Naturalis & Moralis ïndie. lib. vii.

Concionum Tomos iii. graui & eleganti stylo.

L

De num

Demum cùm Salmanticensis Collegij nostri habendas regeret, atque integratatis, doctrinæ, ac prudenter laude floret, in orbo oppressus & extinctus est; anno salutis M. D. XCIX. ætatis fermè L X.

JOSEPHVS ALDERETE, natione Hispanus, patria Malacensis, cùm Civilis atque Canonici Iuris Doctor, & Humanarum atque Diuinarum litterarum cognitione ornatus esset, Cordubensisque Ecclesie Canonicus, magnamque Capituli & totius ciuitatis sibi conciliasset bencvolentiam, ac Iudicis Hispanensis Ecclesie officio functus; omnia arbitratus est ut stercoxa, ut Christum lucrifaceret. Quamobrem mundi vanitate reiecta, ad Societatem nostram, tamquam in portum conuolauit: in qua ad alias scientias, Philosophia & sacrae Theologiae cognitionem adiunxit. Vir est pereruditus, modestus, humilis, & verus filius Societatis. Scriptis haec tenus,

Iuris obligationem pro omnimoda Societatis IESV ac Regularium, ab Ordinarii Hispanensis Iuris dictione, libertate & exemptione afferenda. Alia præterea Iuris Ecclesiastici difficultia enucleanda habet præ manibus.

JOSEPHVS ALEMANNVS, natione Italus, patria Mediolanensis, ineunte adolescentia se Societati dicauit, anno salutis M. D. LXXII. quem postea quatuor fratres secuti sunt natu minores exemplo singulari. Existimatum est id datum à Deo Benedicti patris meritis, quod nostros, anno salutis M. D. LXIV. exente, Mediolanum aduentantes, atque incertis sedibus vagantes, & hospitio benignè exceperit, & diu liberaliter aluerit. Ex hospitalitate scilicet illa consecutus est à Domino tantam filii suis remunerationem. JOSEPHVS ergo natu maximus, post Ar-

tem

tem dicendi, & Philosophiam cum laude traditam, concionando, & gubernando suas partes in Societate tuetur. Scriptis historiam miraculosa imaginis B. MARIAE Virginis; quæ nobilitavit vicum ad ciuitatem Pedemontaham, quæ Mons Regalis dicitur, vulgo *Mondeu*. Extat etiam excusa typis eius *Oratio*, Italicè dicta ad Senatum Genuensem, in Davidis Vaccari Ducis inauguratione;

JOSEPHVS BLONDVS, natione Sicutis, patria Agrigentinus; Provincialis tum Mediolanensis provincie, tum Sicule munere functus est, ac librum scriptis *Meditationum*, ad iuuandos & promouendos eos qui in spiritu proficere cupiunt. Item,

Spiritualia exercitia B. P. N. IN NATI in vsum nostrorum Italicè edidit Mediolani an. MDLXXXVII.

JOSEPHVS CRESVELVS, natione Anglus, patria Londinenis, nonnulla suppresso nomine euulgauit ad refutandas hæreticorum calumnias, & detegendas fraudes, quibus Politici ad circumveniendos atque opprimendos Catholicos abutuntur. Descripsit & *Martyrium P. Walpoli*, in Anglia passi: quod & Gallicè atque Hispanicè circumferrut.

IVLIVS FACIVS, natione Italus, patria Neapolitanus, à prima ætate sæculi inanitate reiecta, institutum nostrum amplexus est: in Lusitania diu vixit, & litteris eruditus est. In Italiam reuersus, Domui Probationis sancti Andreae Rome, & alibi aliis Collegiis præfuit: P. EVERARDO Præposito Generali à Secretis fuit: Sardinia ac Sicilia Visitator; tres etiam Provincias rexit: postremò Siciliæ Provincialis, & piè vitam cum morte commutauit. Scriptis Italicè,

De Mortificatione.

IVLIVS FIDES , natione Italus, patria Brixiensis, iam Sacerdos & grandis natu Societatem nostram complexus est anno M. D. LXVII. cum aliis xl. Sacerdotibus, qui in Congregatione viuentes, s^ec^oculo renuntiarant, & in disciplinam se Societatis tradiderant. E quorum numero IVLIVS fuit, qui nobilitate generis, vita exemplo, socios commouit, & Collegium Brixense suo patrimonio stabiliiuit.

Scripsit, antequam Societati se adiungeret, Italica lingua *Poema* iuxta pium atque elegans, cui nomen ab argumento est *Odolympia*; quod eius propinquui, suppresso nomine Societatis, IVLIVS FIDEI retento promulgarunt.

IVLIVS MAZARINVS , natione Siculus, patria Panormitanus, sed Genua oriundus. Adolescentulus in Sicilia nostr^a se Societati dicauit, in qua & excultus ad pietatem, & Humanis atque Diuinis disciplinis expolitus est. Vir est acuto, prompto, & facilⁱ ad omnia ingenio; sed ad concionandum, & populum verborum copia & elegantia retinendum, aptissimo. Itaque in prae ciuis ac celeberrimis Siciliæ atque Italiae ciuitatibus, de loco superiori verba faciens, magno auditorum concursu & plausu auditus est. Scripsit Italicè,

In *Psalmum Davidis L. discursus*, sic enim vocat, *centum*: Latinos operâ *Henrici Paludani Minoritæ*, & *Ernesti Cholini Canon.* Colon. factos. in quibus ipsius Davidis laphi, pœnitentis, & sancte efflorescentis status ac formas depinxit, & ad viuum expressit. Viuit adhuc, fuitque Panormitanæ domus Professæ Societatis Prepositus.

IVLIVS NIGRONIVS , natione Italus, patria Genuensis. Alij, quorum intererat, typis euulgarunt

duas eius *Orationes* Italicè dictas, alteram Mediolanⁱ, in laudem B. Caroli Cardinalis Borromai, alteram Genuæ ad Senatum, de recta gubernatione Reipub. in Luce Grimaldi Ducis inauguratione.

Ipse verò dedit in lucem xlv. *Orationes Latinas*, quas iuuenis elucubrauit. Alia grauiora meditatur, habetque præ manibus.

IVLIVS PRISCIANENSIS , natione Italus, patria Florentinus, Ingolstadij in sacrarum Litterarum professionem Theodoro Peltano successit. Edidit Dilingæ, *Regulas D. Augustini*, cum *Commentariis doctissimis Umberti Generalis Magistri Ordinis Predicatorum*, & *Hugonis de S. Victore*.

IVLIVS VRSINVS , natione Italus, patria Romanus, Italicè scripsit *Vitam sancta Francisci Romane*, quam PAVLVS V. Pont. Max. in Sanctorum numerum retulit anno salutis M. DC. VIII.

L.

ÆLIVS BISCIOLA , natione Italus, patria Mil tinensis, puer admodum, vnà cum IOANNIB GABRIELE germano fratre natu maiore Societatem nostram expetiuit, & à B. P. N. IGNATIO Romæ admissus est. In Societate optimæ indolis specimen dedit, & virtutibus & disciplinis egregiè excultus est. Itaque & Græcas litteras, & Artem dicendi, & quæstiones de Moribus, & Theologiam scholasticam, & sacras Litteras professus est, & frequentibus populum concionibus ad pietatem inflammavit, & propter prudentiam cum lenitate ac benignitate coniunctam, multis Collegiis nostris præfectus est. Viuit, & Comense Collegium moderatur.

Scripsit *Horarum subsecinarum*, hoc est, rerum in omni Philologiæ generc excellentium duo volumina ; quorum prius librorum xx. Ingolstadij iam exiit.

Observationum sacrarum libros xi.

Digressionum in Euangelia Matthæi, S. Ioannis, & Epistolas ad Romanos, Galatas, Hebreos lib. iv.
Et haec quidem Latinè. Italicè verò,

Dialogo del bene del pellegrinare.

Dialogo del bene della morte.

Discorsi Christiani & Morali Tomi ii.

Un libro Di paragoni e similitudini per gli Prædicatori. quæ tamen pondum typis mandata sunt, sed breui (ut speramus) lucem aspicient.

LAMBERTVS AVER, natione Germanus, patria Papembergensis ex Comitatu Tirolensi, adolescens se CHRISTO in Societate nostra consecravit, & Philosophicas & Theologicas scientias nostro in Collegio Romano didicit, easque in Academia Moguntina egregiè professus est : fuitque primus Collegij Moguntini Rector, Danieli Archiepiscopo mirum in modū gratus. Sed dum nomine Provinciae Rheni ad tertiam Congregationem Generalem profici- scitur, quæ anno salutis m. d. lxxiiii. celebrata est, in eaque Pater Euerardus Mercurianus quartus Præpositus Generalis electus, magno omnium dolore, vix finita electione, extinctus est. Erat enim vir humilis, deuotus, sincerus, & omnibus virtutibus ornatus : in quo splendebat maximè ardens D e i gloriae zelus, & singulare ad hæreticos vel frænando vel ad fidem Catholicam conuertendos studiū, animique contentio. Scripsit eruditas *Affertiones Theologicas de Verbo Dei, & de Sanctis.*

LAV-

LAURENTIVS ARTVRVS, natione Anglus, in Germania cùm versaretur, atq; litteris nauaret operam, animum applicuit ad nostram Societatem, in eaque prouincia Artem dicendi, ac Philosophicas disciplinas, Romæ verò Theologicas didicit, & confectis studiis in Poloniam missus, magnam toto in Polonię regno existimationem consecutus est ab insignis vita, probitatis, & præclaræ eruditioñis opinione commotam. Lucubrationes quæ ab ipso litteris mandatae prodierunt in lucem, haec sunt :

De CHRISTI in terris Ecclesia, quenam, & penes quos existat.

Libri tres contra Antonium Sadeculum Caluinistam.

Tractatus de controvërsiis inter Ordinem Ecclesiasticum & Secularem in Polonia, suppressio nomine Auctoris.

Apologia Thesum de Invocatione Sanctorum, contra Danielem Toffanum Sacramentarium.

Apologia item Thesum oppugnationis Cœna Lutherana & Caluiniane contra eundem Toffanum.

Oratio habita in Synodo Petricouensi Provinciali, de causis & remedii hæresiōn.

Theses de variis Controversiis : videlicet, De CHRISTI Ecclesia.

De D. Petri, & Romani Pontificis successoris eius in Ecclesia CHRISTI principatu.

De Sanctorum Invocatione & Veneratione.

De cœna Lutheranorum & Caluinistarum oppugnatione, & Catholica Eucharistia defensione.

Obit doctissimus Pater Vilnæ anno salutis m. d. xcii. cùm xxv. circiter annos religiosè pieque in Societate exegisset.

L 4

LAV-

LAVRENTIVS GILENVS, scripsit
De Vita eterna.

LAVRENTIVS MASELLVS, natione Italus, patria Neapolitanus, scripsit Italicè volumen insigne

De vita B. VIRGINIS Matris DEI, continens quidquid hactenus ad eius memoriam & dignitatem apud graues auctores reperitur, cum

Vita S. JOSEPHI sponsi.

LEONARDVS GARZONIVS, natione Italus, patria Venetus, ex Ordine Patriorum, adscriptus est Societati anno M. D. L X V I I . vnà cum XL. Sacerdotibus Brixensibus; de quibus in I V L I O F I D E mētio est habita. Doctrinis benē excultus scripsit in *Canticā canticorum*, sed morte praeuentus non euulgauit: conatus eruere pro vitili ex Hebræis vocibus diligenter expensis, diuinum in Lectorum animis amorem accendere. Scripsit & Italicè *De Magnetis lapidis natura*, cur ferrum attrahat. Quem cùm legendum furtim accepisset Io. Bapt. Porta Neapolitanus, ad calcem Magiæ Naturalis adiecit. Quocirca frater eius Constantinus suo afferens auctori, quodque à multis audiē expetatur, excudendum curauit.

LEONARDVS LESSIVS, natione Belga, patria Brechitanus in Brabantia, vir cùm reliquis scientiis, Græcis, Latinis, expolitus, tum maximè S. Theologie cognitione ornatissimus, quam plurimos annos in Academia Louaniensi magna cum laude & auditorum frequentia professus est. Eruditissimos quatuor libros emisit

De Injustitia & Iure ceterisque Virtutibus Cardinalibus: primum Louanijs, mox Parisiis excusos; postea etiam semel iterumque Plantinianis typis auctio-

auctiores; valdè sanè probatos, multorumque manib[us] tritos. Item;

Disputationem Apologeticam de gratia efficaci, Decretis diuinis, Libertate arbitrij, & Praescientia Dei conditionata: ac duas alias *Disputationes*, alteram

De prædestinatione, & reprobatione Angelorum & hominum; alteram,

De prædestinatione CHRISTI. Item;

Consultationem, qua Fides & Religio sit capessenda. eiusque *Consultationis appendicem, utrum quisvis in sua Fide ac Religione salvari possit.*

Disputationem de Antichristo, eiusque precursoribus.

Paratum habet *De Numine* librum unum.

De Attributis Dei librum alterum.

Adornat in primam D. Thoma partem, & in certas omnes *Commentarios*.

LEONARDVS FRAIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, transscripsit Belgicè in ciuium gratiam & piorum apud Batauos,

Disputationem de Antichristo eiusque precursoribus Leonardi Lessij Theologi Louaniensis.

Item, *De vita B. Aloysij Gonzaga Virgilium Coeparium.*

LEONARDVS PENINVS, diœcesis Virundunensis, vir in litteris Humanioribus, in Philosophicis & Theologicis, egregiè versatus, edidit anno salutis M. DC. VIII. Gallico sermone

Orationes funebres tres in exsequiis Serenissimi Ducis Lotharingiæ Caroli, & filij, Illustrissimi Cardinalis Lotharingi.

LYCAS PINELLVS, natione Italus, patria Melensis, ex pueritia vix excesserat cùm Societatem

est ingressus, in qua & virtutes & litteras imbibit, Theologiam & Ingolstadij & Musiponti laudabiliter professus est. Scriptit Italicè,

De statu animarum post hanc vitam.

Item,

Gerson, sive de perfectione Religiosa, & de obligatione qua unusquisque Religiosus tenetur ad eam comprehendendam. quem libellum verè aureum Pater Iosephus ARTIAGA Hispanus, è nostra item Societate ex Italica lingua in Hispanā conuerxit, Belgicè verò reddidit Antuerpiæ Gisbertus Bahusius Carthusianus. Galliceque Pater FRANC. SOLERIVS, tacito, ut solet, nomine. Item :

Meditationes deuotissimæ B. MARIAE Virginis.

Meditationes breues sanctissimi Eucharistia Sacramenti, & preparationem ad sanctam Communio-nem, & aliarum rerum ad cultum sancti mysterij pertinentium.

De Missa sacrificio, eiusque fructibus.

De Sacramento Pœnitentie.

Meditationes mysteriorum Rosarij. Item:

De Peccatis mortalibus, & de quatuor Nonis.

LUDOVICVS DE ALCAZAR, natione Hispanus, patria Bæticus, Theologus insignis, sacras Litteras Hispali multos est annos de superiore loco professus. Annis propè xx. elaborauit

In Apocalypsim Commentarium:

quo docet, in vniuersum Iudaicam plebem à Deo reprobatam; electum contrà populum Gentilem ac Paganum, quod Euangeliū receperit.

Plura in sacram Scripturam spes est fore ut à tam præstanti doctrinæ viro foras dentur.

LVDV-

LUDOVICVS CRVCIVS, natione Lusitanus, patria Olysliponensis, Conimbricæ nomen Societati dedit ii. Decembris anni m. d. lvi i i. ætatis ve- rò xv. homo ad Latinam eloquentiam & extem- poralem natus, & Græcè Hebraicèq; peritissimus, Poëta eximius, Concionator egregius; qui postquam dicendi Artem & S. Litteras permultos annos professus est, Latino atque eleganti versu

Danidis Psalmos c. l. felicissimè expressit, ac ty- pis mandauit.

Multas præterea *Tragædias*, ac *Poëmata* varia scripsit, atque edidit. Excessit è vita Conimbricæ xviii. Iulij anni salutis m. dc. iv.

LUDOVICVS FROES, natione Lusitanus, patria Begiensis, diœcesis Eborensis, multos iam annos in Iaponensi vinea excolenda feliciter ponit, atque insignis Concionatoris apud cęcas illas nationes munere fungitur; de quarum moribus, consuetudinibus, institutis, ritibus, ceterisque quæ ad Iaponiorum naturam, ingenium, ac Religionem pertinent, egregium volumen edidit.

LUDOVICVS GVZMAN, natione Hispanus, patria ex Osorno Castellæ veteris oppido, diœcesis Palentinæ. Adolescens se in Academia Complutensi ad nostram Societatem adiunxit, anno salutis m. d. lxi ii. cum iam Philosophiae curriculo de- curso, sacræ Theologiæ operam daret, quam postea in Societate didicit atque excoluit. Absolutis bo- narum Artium studiis, magister Nouitorum factus est, quos eximio virtutis exemplo, singulari pru- dentia, præclara rerum spiritualium cognitione atque industria, ad perfectam religionis formam in- stituit. Rectoris deinceps lœpc munere, Prouin- cialis

cialis item Prepositi primū Bāticę, tum etiam Toletanę prouincię, semel atque iterū functus est, quo in munere vitam cum morte feliciter commutauit Madriti x. Ianuarij, anno salutis M. D. V. Fuit vir omni genere virtutum cumulatus, & numeris omnibus absolutus. Humilitate, modestia, & affabilitate, orationis assiduitate, turbidorum motuum mortificatione, sui contemptu, silentio, mansuetudine, atque eodem semper tenore, & perpetua vita constantia excellens. Deniq; expressa quædam sanctitatis imago. Scriptis materno sermone,

Rerum à Societate in India gestarum lib. xiiii.
quibus initia, progreslus, propagationem Christianę Religionis, tum ceteris in Regionibus comprehendit, tum maximè in Iaponensi regno, & nostrorum labores, infidelium conuersiones, tyranorum persecutions, crebra & magna miracula, profanos idolorum ritus, varias & inter se discrepantes ac superstitiones sectas, diuersos hominum mores ac consuetudines, facili ac sincero stylo perscribit.

LVDVICVS FERRERIUS, natione Hispanus, patria Murcianus, ex oppido Carauaca, adolescentulus xviii. annorum cùm esset, atque Humanioribus litteris nauaret operam, cælesti illustratus lumine, res sæculi prorsus abiecit, & Societatem nostram anno salutis M. D. LXXV. ingressus est: in qua primū ad nostrum institutum conformatus, tum grauioribus disciplinis in Collegio Complutensi expolitus est. vbi, & in aliis item Collegiis nostra Societatis, sacris confessionibus audiendis, domesticis ad profectum spiritualem excitandis, externis ad pietatem omnisque virtutis studium adducen-

ducendis, vtilem operam posuit. Transtulit ex Latina in Hispanicam linguam

Aureum P. FRANCISCI COSTERI *De Congregatione B. MARIAE Virginis libellum*, in quo vita Christiana institutiones traduntur. Item,

Eiusdem P. COSTERI *Meditationes L. de eadem Beatisima VIRGINE*, & totidem *De Paſſione Domini nostri IESV CHRISTI*.

LVDVICVS MAKEBLIDIVS, natione Belga, patria Flander, populari sermone scriptis,

Paradisum Exercutionum x. & Precationum spiritualium Thesaurum:

Catechismum quoque *diæcessi Mechliniensis*, semel iterumque editum.

LVDVICVS MOLINA, natione Hispanus, patria Conchenis, vix adolescentiam ingressus cùm xviii. esset annorum, nomen CHISTOIN Societatem dedit, in qua Philosophicas ac Theologicas litteras feliciter didicit, & feliciter docuit in Eborense regni Lusitanie Academia, vbi permultos annos primas inter Professores Theologos partes docendo tenuit, & Aquinatem Thomam est interpretatus: posteà animavit ad stylum conuerxit. Itaque scriptis perdoctos Commentarios

In primam partem D. Thoma. Item,

De concordia Gratiae & Liberi arbitrij librum singulararem.

Appendicem ad eamdem concordiam.

De Inſtitu & Jure Tomos v i. partim Moguntiae, partim Antuerpiæ excusos Nutij typis. In quibus tantum eminet LVDOVICUS ingenium, tanta appetit Iuris Civilis comprehensio & disposicio, ut mirum sit hominem, qui in Theologicis studiis

diis ab adolescentia totam pñm etatem contritiit, tantam consecutum fuisse Iuris scientiam; eamque tam exactè tradere potuisse. Reliquit etiam duos alios Tomos ad Iuris prudentium pertinentes, sed quos limare & absoluere morte interceptus non potuit. Excessit vir religiosissimus, & doctissimus Pater Madriti xii. Octobris, anno salutis m. DC. ex dysenteria, annum agens LXV.

LUDOVICVS A PONTE, natione Hispanus, patria Pincianus, ab ipsis iucunabulis factus atque educatus videtur ad pietatem. Societatem nostram expetiuit annum agens xx. atque admissus est anno salutis m. d. lxxv. cum iam & Philosophicis disciplinis esset instruētus, & duos annos in facta Theologia vtiliter posuisset. Deinde prosecutus est studia litterarum, in quibus longo post se interuallo discipulos omnes reliquit, propter ardorem animi, ingenium, atque acre iudicium. Itaque Aristotelis cursum (vt vocant) docendo confecit, & sacram etiam Theologiam professus est acutè, grauiter, eruditè. Sed cum non minus vita integritate ac religione quam ingenio atque doctrina excellat, Magistri Nouitorum atq; Rectoris partes LUDOVICO sapè mandatae sunt, easque pergregie obiuit: sed tenui, vel potius nulla valetudine, qua semper conflictabatur, coactus est interruēre & gubernandi & docendi cursum, & animum ad ea scribenda transferre, quæ longo vsu, assidua meditatione, perpetua sui mortificatione didicit, & non tam ex aliorum libris hausit, quam in se ipse expertus est. Scripsit materna lingua pias, doctas, perutiles

Mysteriorum Fidei meditationes: quas duobus Tomis complexus est. quos iam ex Hibericis Latinos

MEL-

MELCHIOR TREVINNIUS Societatis nostræ fecit: Gallicè alij. Scripsit præterea insigne volumen, cui titulus est Hispanicè

Guia espiritual. Latinè, Dux spiritualis.

Tres item Tomos *De perfectione spirituali Hispanè.*

LUDOVICVS RICHOMVS, Natione Gallus, patria Dignensis, quæ est in Archiepiscopatu Ebredunensi, in prouincia Galliæ, vir doctus, religiosus, discretus, & prudens, qui Prouinciam Lugdunensem bis, & semel Aquitaniæ cum laude gubernauit. Præpositus Prouincialis, & primus pro Franciæ Prouinciis apud R. P. Generalem Aflistenis creatus est, summo omnium Patrum consensu, in Generali Congregatione Romæ, anno m. DC. viii. ipso die S. Thomæ Aquinati sacro. Scripsit materna lingua, in qua mirè excellit,

Peregrinum Lauretanum, & De peregrinationis bono. Latinè iam conuersum è Gallico & Italico à Ioan. Hackstein, Colonensi Carthusiano.

Defensionem peregrinationis aduersus interpretationem Epistole Gregorij Nysseni, cum Tractatu De sacris Reliquis.

De ratione migrandi ad meliorem vitam.

De Miraculis, Santis, atque Imaginibus.

B. VIRGINEM iuxta Crucem flantem.

Figuras Eucharistæ: ad Reginam Galliæ: vt ad Delphinum Henrici I V. primogenitum, Catechismum Regium.

Victoriam Veritatis, contra Plessuum.

Epistolas ad Henricum I V. Regem Galliæ.

Apologias aliquot pro Societate I E S V aduersus calumnias hereticorum. Quirum vna Latinè redditæ est:

est: altera Franc. Montani nomine inscripta exiit,
P. IAC. GRETSE RO interprete. Nuper

Idololatriam Huguenotica libris v i i . exposuit. Paratum habet *Tractatuum de Humilitate*, alia-
que multa daret, si ætas, valetudo, & occupationes
permitterent.

LVDOVICVS R OGERIVS, natione Italus, patria
Aretius, vir magni ingenij, qui Philosophiam Ro-
mæ cum approbatione docuit, & Theologiam in
Polonia profitens, immatura morte extinctus est.
Scripsit,

*Defensionem aduersus Matthæum Dresserum her-
eticum, pro operibus ROBERTI Cardinalis BEL-
LARMINI.*

M.

M ARCELLINVS B O M P A R , natione Gallus,
medit Latinè ex Gallico

LVDOVICI RICHEOMII *Demonstrationem Idolo-
latria Huguenotica*, ad similitudinem veteris Pa-
ganismi ab inferis per Lutherum & sectatores re-
uocatae.

MARCVS GEORGIVS, natione Lusitanus, patria
Conimbricensis, in eiusdem ciuitatis Collegio So-
cietatem nostram complexus est xv i . Martij, anno
salutis m. d. x l v i i i . cùm iam egregiam Iuri Ca-
nonico operam nauasset, atque inter ceteros eius
Academæ scholasticos, ingenij scientiæque opinio-
ne excelleret. Postea Doctoris Theologi gradum in
Academia Eborense adeptus, sacram Theologiam
in eadem Academia professus est. In Collegio vero
sancti Antonij Olyssiponensi quæstiones de mori-
bus

bus sapienter primus explicauit, innumeris pñè
Sacerdotibus. Vi dicendi, verboqué Dei è suggesto
enarrando, emicuit. Roman mislus est vt apud Pa-
trem FRANCISCVM BORGIAVM, Præpositum Gene-
ralem, Procuratoris munus obiret; atque inde re-
uertens, piè admodum Eboræ excessit è vita, mense
Decembri anni salutis m. d. LXXI. Atque hic vir
tantus, qua erat charitate atq; humilitate, exiguum
libellum, sed peregregium,

*De Doctrina Christiana, ad puerorum rudiumque
institutionem*, Lusitanicè scripsit.

M A R T I N U S B E C A N V S , natione Belga, pa-
tria Brabantus, magno ingenio, & ad omnem litté-
raturam nato, in Philosophia ac Theologia, quam
multos iam annos in Germania profitetur, clarus.
Scripsit Opusculorum Theologicorum Tomos III.,
quorum primo comprehenduntur,

1. *De Prædestinatione Caluinistarum desperata.*
2. *De Prædestinatione Catholicorum orthodoxa.*
3. *De Autore Peccati, seu, An aliis sit Caluinistarum, aliis Catholicorum Deus?*
4. *De Iustificatione Caluinistarum.*
5. *De Iustificatione Catholicorum.*
6. *De merito ac iustitia bonorum operum secundum Caluinistas.*
7. *De merito ac iustitia bonorum operum secundum Catholicos.*
8. *De auxiliis gratia CHRISTI secundum Caluinistas.*
9. *De auxiliis gratia CHRISTI secundum Catholicos.*
10. *De Circulo Caluinistico contra Davidem Pa-
tæum, cum Appendice.*

M

II. Quæ-

11. *Quæstiones Caluinisticae* contra eumdem Par-
 - rænum.
 12. *Aphorismi Doctrinæ Caluinistarum*, cum breui
 - Responsione ad *Aphorismos* falsò Iesuitis
 - impositos.
 13. *De Differentia* inter Pelagianos, Caluinistas,
 - & Catholicos, *in negotio Prædestinationis*.
 14. *De Officiis Angelorum circa homines*.
 15. Brevis Refutatio quarundam propositionum
 - Philippi Plessi Caluinistæ de *Eucharistia*.
- Tomo II.
1. *Disputatio de Fide hæreticis seruanda*, cum Ap-
 - pendice.
 2. *Quæstiones Miscellaneæ* de eadem materia, con-
 - tra quemdam Batauum Caluinistam.
 3. *De Antichristo Reformato*.
 4. *An Ecclesia Romana defecerit à Fide*.
 5. *De triplice Cœna*, Caluinistarum, Lutheranorum,
 - & Catholicorum.
 6. *De Communione sub viraque specie*, contra Hus-
 - fitas, Lutheranos, & Caluinistas.
 7. *Epistola ad Fridericum Baldinum*, de eodem
 - argumento.
 8. *Refutatio Apologia Regis Angliae de Primatu*
 - Ecclesiae*.
 9. *Refutatio Tortæ Torti*, seu, In Sacellatum
 - Regis Angliae, quod causam sui Regis
 - negligenter egerit.
 10. *De Purgatorio Caluinistarum*.
 11. *De triplice Sacrificio, Naturæ, Legis, & Gratia*.
- Tomo III.
1. *Examen plague regiae*.
 2. *De Fide Deo seruanda*.

3. *Privilégia Caluinistarum*, denuò cum accessio-
- nibus aucta.
4. *Quæstiones Bataueæ*.
5. *Diffidium Anglicanum*.
6. *Duellum*.
7. *De Pontifice veteris Testamenti*.

Nunc his deum seorsim accelerunt;

Controversia Anglicana de potestate Regis & Pon-

tificis, contra Lancelottum Andream Sacellatum

Regis, pro defensione Card. Bellarmini. Item,

Theologia Scholastica pars prima.

De Deo & attributis divinis.

De Trinitate.

De Angelis.

De operibus sex dierum.

De statu Innocentia.

MARTINVS CHRISTOPHORVS, natione Gallus;

reddidit Gallicè P. LEONARDI LESSII *Consultationem de Fide ac Religione capessenda*:

MARTINV S DELRIVS, natione Belga, patria

Antuerpianus, sed, quod nomen ipsum indicat, His-

pano patre natus, anno salutis M.D. xc. ætatis ve-

rò vndetricimo, ad Societatem nostram adductus

est, cùm Regius Brabantæ Consiliarius esset, ac

multarum litterarum cognitione probè instructus:

quocircà Hebraicam linguam in Societate profes-

sus est, Philosophicas scientias exposuit, quæstiones

de moribus explicauit, & sacram Scripturam variis

in locis interpretatus est. Scripsit iuuenis,

In Claudianum Poëtam & in Solinum Notas.

In Seneca Tragœdias Aduersaria. Item,

Miscellanea in totum Ius Civile.

Repetitiones in L. Transigere, C. de Transact. &

Commentarium multiplicem in L. Contractus de Reg. Juris. In Societate autem,

Florida Mariana, sive De laudibus sanctorum Virginum Deiparæ Panegyricos. &c,

Polemica Mariana.

Disquisitionum Magicarum Tomos IIII. saepius locupletatos.

Tragœdia Latina Syntagma in tres partes distinctum, quarum ultima nonum complectitur *Commentarium in decem Seneca Tragœdias.*

Commentaria in Cantica canticorum.

Notas in D. Orientij Commonitorium carmen, & in *D. Althelmi enigmata.*

De difficultioribus & utilioribus sacra Scriptura locis Tomos IIII.

Vindicias Areopagiticas, aduersus Iosephum Scaligerum.

Commentarium litteralem in Threnos Ieremie.

Pharum sapientie, seu Commentarium in Genesim.

Adagialium sacrorum Tom. I. & alter *Adagiorum ac Phrasum sacra Scriptura postumi* in lucem exierunt.

Promiserat in *Pharo* inter alia, *Racemationes sanctorum Patrum, in Iosiam, Judith, & Psalmos*: quas vereor ut morte præuentus absoluere potuerit.

DELRIVS enim dum ex Hispania valetudinis causa in Inferiorem Germaniam rediit, ex itineris fatigacione, & continuis studiorum laboribus in morbum incidit, & Louanij in nostrorum Patrum brachiiis, calculi doloribus excruciatus, mortuus est x i x. Octobris, anno salutis M. DC. V II I. ætatis quinquagesimo septimo. Vir fuit probitate, ingenio, Religione, omnium litterarum genere, ac morum

rum suavitate excellens; cuius vitam ab Hermanno Langeuelio scriptam Ioannes Moretus anno M. DC. IX. typis mandauit.

MARTINVS FORNARIVS, patria Brundisinus, qui toto fermè vitæ sua tempore maxima cum auditorum vilitate *Quæstiones de officiis ac moribus publicè* explicauit, Patauij, Neapoli, Romæ. Scripsit duobus libris *Institutionem Confessoriorum*: qua remedia tribuuntur ad sanandos eorum animos qui peccata confitentur.

MARTINVS LATERNA, natione Roxolanus, patria Drehibecensis, adolescens Societati nostræ se addixit, anno salutis M. D. LXXI. & usque adeò in virtute profecit, maximeque in omnium Virtutum Regina charitate, ut diu noctuque non cessaret, neque vel concionibus habendis, vel confessionibus audiendis umquam defatigaretur, dummodò piis ipsis laboribus peccator aliquis ad meliorem frugem conuerteretur. Scripsit,

Orationes duas funebres, alteram *In exequiis Stephani primi Polonia Regis*, alteram

De praclaris in Ecclesiam & Rempub. meritis Valeriani Episcopi Vilnenis.

Polonicè autem edidit,

Librum Precationum è Patribus piisque recentium Catholicorum libellis concinnatum, cui Titulum fecit: *CITHARA*, vel *Decachordon spiritualia.*

Sed dum bonus Pater in Sueciam cum Sigismundo Polonia Rege proficiscitur, ex nauigationis molestiis morbum contraxit, & suadente medico in Poloniam rediens, captus à militibus classis Caroli Ducis, patrui Sigismundi, hæreticis, nostrisque

nominis hostibus infestissimis, in mare proiectus ac submersus est, pridie Kalend. Octobris, anno salutis M. D. XCVIII.

MARTINVS OLAVIUS, natione Hispánus, patria Cantaber, ex oppido Victoria. Vir fuit ingenio, iudicio, doctrina, eloquentia, disputandi vi, argumentorum robore atque efficacia, cum paucis comparandus. In Academia Parisiensi sapientie laude floruit, & inter Doctores Theologos primas omnium opinione tenuit. Curiam deinceps Caroli V. Imperatoris secutus est. In Concilio Tridentino, Ottthonis Truchſis Cardinalis Episcopi Augustani nomine, sententias dixit: sed dum Tridenti versatur, mirabiliter à Deo ad nostrum institutum amplectendum vocatus est. Concilio autem sub Iulio III. propter varia impedimenta suspenso, Romanum venit, anno salutis M. D. L I I . sequentem totum B. P. N. IGNATII permisit potestari: à quo & ad Religionis normam apprimè institutus, & ad perfectionem mirum in modum accensus est. Primus fuit qui sacram Theologiam D. Thomæ Aquinatis nostro in Romano Collegio publicè professus est; eiusque prælectioni initium dedit anno salutis M. D. L I I I . eamque per triennium tantummodo profectus est. Nam anno M. p. LVI. cum B. P. nostro IGNATIO parentasset, & sanctissimi viri corpus Kal. Augusti in sepulcro condidisset, xvi i. post die Patrem suum sequens, in celum vocatus, terram reliquit, & præmatuра morte nobis ereptus est, vt in vita P. Iacobi Laynez diximus. Scriptit præclaras

Affectiones de conditione, lapsu, & reparacione hominis: & alias itidem collectas ex lectionibus, quæ in Collegio Societatis Iesv Romano habitæ sunt.

Edita

Edita in volumine Orationum Concilij Tridentini eius *Oratio* visitur, quam in illo præclarissimo orbis terrarum theatro dixit, antequam Societati nomen daret.

MARTINVS ROA, natione Hispanus, patria Cordubensis, adolescentulus, ac vix xv. annos natus, sæculo renuntiavit, & Societatem nostram expetivit: admissus, probatus, & Humanis ac Diuinis litteris expolitus est. Postea cùm magnas ex puerorum institutione redundare vtilitates in Rempublicam animaduerteret, totos x vii. annos erudienda iuuentuti impendit, atque Artem dicendi in nostro Cordubensi Collegio professus est. Deinde Collegium nostrum Xeresense Rector gubernauit, & nunc denique sacras Litteras in eodem Cordubensi Collegio profitetur. Scriptit Latinè librum cui titulum fecit,

Singularium sacrae Scripturae atque Externorum auctòrum lib. vi. Item,

De die Natali librum singularem.
Hispanicè verò,

Vitam illustrissimæ ac sanctissimæ Anna de la Cruz, Comitissæ de Feria.

MARTINVS SINGLERIVS, natione Roxolanus, patria Leopolitanus, adolescentis Romæ Societatem nostram amplexus est, anno salutis M. D. XXCI. deinde insigni ingenio ac iudicio, improboque studio Humanas ac Diuinas scientias didicit, & cum doctrina, singulare omnium virtutum studium, & morum eximiam quamdam suavitatem copulauit. Itaque duobus Collegiis Praefectus, bonis omnibus, Religione, prudentia, ac benignitate se probauit. Scriptit Polonicè,

De aeterna CHRISTI Filij Dei diuinitate, contra Arianos, sacræ Scripturæ testimonia collecta inter se, atque expensa. quibus addita est

Responsio ad cuiusdam Anabaptistæ scriptum, aduersus libellum P. IACOBI VIVECI.

De usura, &c de tribus precipuis contractibus, nempe de Venditione cum pacto retrouendendi, de Censibus, & de Contractu societatis compendiosam doctrinam. Latinè verò edidit,

Zacharia Propheta pro CHRISTI diuinitate illustre testimonium, aduersus Fausti Soncini Anabaptistæ cauillationes explicatum.

M A R T I N I SMIGLECII (fortè eiusdem) *Nova monstra noni Arianismi*, seu absurdæ hæreses à nouis Arianis in Poloniam importatae.

MATTHÆVS RADERVS, natione Germanus, patria Tirolensis, anno salutis M. D. L X I. natus est, ac vicennis se Deo in Societate sacrauit; in qua & Humanioribus & seuerioribus litteris non minùs quam Religione excultus est. Deinde permultos annos iuuentuti erudienda impendit. Excellit enim cùm omni dicendi elegantia atque ingenuarum Artium cognitione, tum Poëtica facultate. Scriptit

Commentarios in Martialem à se emaculatum, denuò auctos curis secundis.

Ide m edidit, à se conuersam è Græco, & Notis illustratam

Petri Siculi historiam de Manichais. Item, Concilium octauum Oecumenicum. Item,

Viridarium Sanctorum ex Menais Græcorum collectum. Item,

Ioannis Climaci libellum de Pastore.

Syntagma de statu morientium.

Præterea ab eo in lucem emissâ prodit

Aula sanæla Theodosij Iunioris Imperatoris, S. Pulcheria sororis, & Eudocia uxoris, Aug. res gestas complexa, è Græcis & Latinis Scriptoribus, editis & non editis, concinnata. Item,

Crisis de fatali die mundi, versu.

Denique,

Viridarij Sanctorum pars I I. & I I I. quæ continent illustria Sanctorum Exempla, è Græcis Latinisque Scriptoribus deprompta.

Molitur modò in Q. Curtium Rufum Notas.

MATTHIAS MAYRHOFIVS, siue MAYRHOFFER, natione Germanus, patria Monachiensis, Societatem in Germania complexus est pñè puer. Romæ tirocinium posuit, & Philosophicas & Theologicas scientias didicit, & feliciter Ingolstadij docuit, atque Academiae Dilinganæ Rector præfuit. Scriptit Germanicè,

Speculum Predicantium. & Latinè,

Thesæ de restituione. &c,

De S. Incarnationis mysterio.

MATTHIAS PVTZIVS, natione Belga, patria Matrudo Menapiorum oppido ortus, anno salutis M. D. xxvii. iv. Martij Societati nomen dedit, & xxii. Februarij m. d. xc. Moguntiæ obiit phthisi. Iuuenis fuit ingenio eximio.

Vincentij Bruni librum de B. VIRGINE ex Italico Latinum fecit, & Altare templi Moguntini carmine descripsit.

MELCHIOR CERBA, natione Hispanus, patria ex oppido Cifuentes, diceccsis Siguntinæ, adolescentis vicesimum annum agens Iuriſprudentiæ studiis (quibus per quinquennium operam dederat) reie-

reiectis, ac saeculi vanitatibus abdicatis, sic Societatem nostram suscepit, vt se puerorum instituendorum utilitati penitus dicasse videatur. Itaque xxx. ipsos annos, tum Hispali, tum Cordubæ, in erudienda & ad Eloquentiam formanda iuuentute consumpsit. Scripsit duobus Tomis

Apparatum Rhetorice, ad eam artem perdiscendam, omnemque Latinæ facundiæ copiam atque elegantiam comparandam. Et præterea prælo patratos habet tum *in Ciceronis Orationes* labores non contempnendos, tum Sanctorum insigniorum *Encomia*, & ad omnium rerum scholasticarum oportunitatem elaboratas *Declamationes*.

MICHAEL CARDANEVS, natione Germanus, patria Saxo, varia Opuscula contra hereticos scripsit, atque illis conuincendis conuertendisque singularcm à Deo gratiam consecutus est.

MICHAEL COYSSARDVS, natione Gallus, patria Bessanis in Aruernia, diœcesis Claramontanae. virum ad Humaniores litteras docendas, tum etiam ad gubernationem aptissimus: itaque Artem dicendi perdiu professus est. Et vt rem litterariam amplificaret, *Thesaurum in Virgilium & Locos communes* edidit, Poëticæ studiosis perutiles. Præterea vt turpibus cantilenis abrogatis honestæ succederent, Versibus Gallicis, facilibus, leniter fluentibus, & ad modulos aptis, *Catechismum* totamque Doctrinam Christianam complexus est; illum & Antuerpiæ Trognæsius excudit, & hanc versibus Gallicis mira suauitate, & doctrina utrissimam sèpiùs Ioannes Pilehotte Lugduni, etiam anno M. DC. VIII. Prefuit Rector Collegio Lugdunensi, Turnonensi, Aniciensi, Bisuntino, ac Viennensi in Gallia: & Vincipro-

ceprovincialis Præpositi officio sapientissimè functus est anno M.D. XCIV. difficillimis temporibus, & saeuissima per Gallias in Societatem excitata tempestate.

MICHAEL EISELINVS, natione Germanus, dedit *Disputationes Theologicas de Divina gratia*.

MICHAEL FERNANDEZ, natione Hispanus, patria Toletanus, ex oppido Mora, ingressus est Societatem anno etatis XIX. salutis vero M. D. LXI. Is Leocadiæ sanctissima Virginis osa ex Inferioris Germaniæ Lætiensi Abbatia, iussu GREGORII XIII. Pontificis Maximi, & PHILIPPI II. Hispaniarum Regis Catholici in Hispaniam transtulit, ipsique PHILIPPO Regi & Gaspari Quirogæ Cardinali Archiepiscopo Toletano in manus Toleti tradidit, atque eiusdem translationis *Historiam* materna lingua conscripsit.

MONACHIENSE COLLEGIVM in Bauaria, edidit

Trophea Bauarica S. Michaëli Archangelo in templo & Gymnasio Societatis Iesv dicata anno M. D. XCIVI. quæ carmina sunt in Dedicatione nobilissimi templi à Guilielmo Quinto Bauariæ Duce ædificati exposita.

MVCIVS ANGELVS, natione Italus, patria Spoletinus, Philosophiæ, sacræq; Theologiæ ad XVI, annos publicus professor, cessit è vita vix XL, annum attingens. Reliquit

Commentarios in omnes ferè libros Philosophicos Aristotelis. Item,

In Summam D. Thome. Item,

Notas in Epistolas D. Pauli. & ,

In Euangelium D. Matthai. & ,

In Tomos Conciliorum.

N.

NICOLAVS BOONARTIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, Philosophiam Duaci, Theologiam Louanijs docuit, acumine, iudicio, memoria pari, rara dote in tanta ingenij sublimitate: vt ne sciam an vlli ætate sua cesserit. Edi permisit habitam à se Bruxellis coram Archiducibus Austriae Alberto & Isabella

Orationem funebrem in exequiis Gregoria Maximiliani Caroli Archiducis Austriae filia, PHILIPPO III. Hispan. Regi desponsæ.

Scripsit dum in Hispania versatur, elegans & doctum opus in duas partes diuisum, nondum tamen typis traditum; in quo se non minùs Iurisconsultum, quam Theologum, & in omni Historia ac litteratura varium ostendit. inscripsit,

Mare non liberum, sive Demonstratio Iuris Lusitanici ad Oceanum & commercium Índiacum; contra Bataucam H. Grotij assertionem.

Breuem item *Apologiam Gallicè ac vernaculè pro B. VIRGINE Aspri-collis*; presso tamen vtrōbique nomine. Cessit è vita vir non Philosophia modò ac Theologia, sed & Pietate magnus, Pincia anno salutis M. D. x. dum in patriam rediret, & pararet in vniuersum D. Thomam Commentarium.

NICOLAVS CAVSSINVS, natione Gallus, patria Tricassinus, nuper euulgauit Luteriæ

Thesaurum Graecæ Poësos, ex omnibus Græcis Poëtis collectum.

NICOLAVS GODIGNVS, natione Hispanus, patria Lusitanus, conscripsit Latinè *Vitam P. Gonzali Sylue-*

Syluerie Societatis IESV Sacerdotis, in urbe Monomolapa martyrium paſi, anno salutis M. D. L X I. Martij xv.

NICOLAVS HERARDVS, natione Gallus, patria Tullensis, quæ Imperialis est ciuitas: antequam se ad Societatem aggregaret,

Sacras conciones edidit Gallicè in omnes Aduentus dies Dominicos, Festosque; & alias habet paras in omnes Quadragesimæ, ac Dominicos & precipios Festos dices totius anni.

NICOLAVS SERARIVS, natione Lotharingus, patria Raberulanus, Societati nomen dedit Coloniæ Vbiorum, anno salutis M. D. L X X I I. Primos xxiv. annos in Academia Herbipolensi vixit, & docuit Humaniores litteras, Philosophiā, Theologiam, sacram Scripturam. Fuit enim vir in omni genere scientiarum apprimè versatus, Græcè, Hebraicè, Syriacè cum paucis doctus, & propter morum in congressu familiari suavitatem, & nostris & externis gratissimus. Scripsit sequentes Disputationes Tomis tribus Maguntiæ simul editis.

Tomo I. Historica sunt.

Iosuani Sacerdotes.

De pœnitentia Salomonis.

Naaman, Syrus.

Triberesium.

Minerual.

Rabbini duo.

Herodes.

De Apostolis.

De S. Paulo, & India proditore.

S. Kilianus.

Par sanctorum Comitum.

Tomo

Tomo II. Didactica.

*Prothyron Paulinum.**Symbolum Athanasianum.**Disputatio de Legibus.**De Extrema Vnctione.**De Catholicorum cum Hereticis matrimonio.*

Tomo III. Polemica.

*Contra Franciscum Puccium Filidinum, lib. II.**Litanieutici duo.**De Processionibus.**Orationes Lutheroturcice.**De Lutheri Magistro.**Apologia pro Lutheri Magistro alogia.**Lutherus Theodosius remissus.**De Magistro Caluini.**Logi, logi, contra Marpurgensem Professorem.*

Edidit præterea

*Moguntinorum Episcoporum Historiam.**Commentarios in Iosue, Iudices, Ruth, Esther, Tobiam, Iudith, Machabaeos: & in Canonicas Epistolas.* Item:*Prolegomena in totam Scripturam.* Reliquit &
Commentarium in IV. libros Regum, sed imperfectum. &*De Paradiso.* & aliquot*Epistolas Didacticas, de rebus variis.**NICOLAVS ORLANDENVS*, natione Italus, patria Florentinus, nostram à teneris annis Societatem complexus est; & cùm aliis, tum dicendi Arte fuit ornatissimus. Scripsit,*Annales nostra Societatis magna elegantia & nitore, qui editi adhuc in lucem nondum sunt, sed breui, uti speramus, edentur. Anteà conscriptis sociis**Annua**Annaas litteras anni M. D. XXCIII. & duorum ordine sequentium.**NICOLAVS PIMENTA*, natione Lusitanus, Provincialis Indiæ Orientalis. Scripsit *annaas litteras* duorum annorum M. D. XCIX. & M. DC. quæ ut scriptæ fuerunt, editæ sunt in Italia, & ex Italico conuersæ, multis in locis recusæ.*NICOLAVS SVSIVS*, natione Belga, patria Brugensis, habet in manibus*Commentarium in Florum;* varia item in omni carminum genere Poemata.*NICOLAVS TRIGAVLTVS*, natione Belga, patria Duacensis, cùm Oratorium Ganduui docuisset, addisceretque linguas peregrinas, & Cosmographiam calleret, profectionem in orientis Solis Indianam à P. nostro Generali Præposito tandem obtinuit. Scriptis Latinè,*Vitam Gasparis Barcae Belga, comitis B. FRANC.*
XAVERII libris III è Lusitanica lingua schedisq; conuersam, typis Trognæsanis Antuerpiæ excusam. Item Goâ dedit varias Latinè *Epistolæ* in Europam ad P. Franciscum Flerontinum, Belgij tum Prouinciale Præpositum, de rebus à Sociis in India gestis pro Fidei & regni Dei incremento, aduersus idololatras, & à Lusitanis contra Batauos piratas hæreticos, pro regno Lusitanæ.

P.

PAVLV COMITOLVS, natione Italus, patria Perusinus, impubes adhuc, nostræ se Societati addixit; & cùm aliis disciplinis omnibus, tum maximè Humanioribus eximiè est perpolitus. taque

Itaque Rhetoricam tradidit, sacras Litteras est interpretatus, quæstiones de moribus publicè & priuatis explicauit, *Catenam illustrissim Auctorum Græcorum in lib. Iob* è Græco in Latinum sermonem eleganter transtulit, ac denuò Venetiis edidit. Scriptis item,

Tractatum Apologeticum pro monitorio Sedis Apostolice ad Venetos. Item,

Confutationem libelli septem Theologorum Venetorum aduersus interdicitum Apostolicum. Item,

Consilia, seu Responsa Moralia v i i . lib. comprehensa, in quibus agit de Sacramentis, de Voto, & de Iureiurando, de Contraetibus, de criminibus & criminosis, de criminosa ignorantia, de metu iusto, ac de tuta eligenda opinione, de Censuris, & Irregularitate, de Testamentis, de Legatis piis, deque Viscapione.

PAVLVS OFFEVVS, natione Germanus, adolescens ex Collegio Germanico, nostræ se Societati adiunxit anno M. D. LV. postea ad nostrum institutum formatus, ac scientiis probè instructus, Rectoris, Prouincialis, Visitatoris, atque Assistentis munus obiuit, & optimè de Societate meritus est. Ingolstadij extrema senectute decessit è vita anno salutis M. DC. VI. die XVI. Decembris. & suppresso nomine

Catechismum Romanum ex Latina lingua in Germanicam vertit: & librum scripsit

De communione sub una tantum specie, editum nomine Theologorum Bauariæ.

PETRVS ALAGONA, natione Siculus, Pœnitentiariæ Romæ Rector, *Manuale D. Martini Aspilometa Nanarii de quæstionibus morum ac conscientiis*

scientiæ, in compendium redigis atque euulgauit: vt & STEPHANVS AVILA, & PETRVS GVEVARA, Societatis Theologi.

PETRVS BVRGVNDVS, natione Gallus, *Didacum Stellam Minoritam De contemnda mundi vanitate, ex Hispanica lingua Latinum reddidit.*

PETRVS BVSÆVS, natione Belga, patria Nouiomagensis, vir excellenter doctus, & sacræ Theologiae professor etuditus, *Opus Catechisticum*, sive, *Summam Doctrinæ Christianæ P. PETRI CANISII Theologi eiusdem Societatis*, præclaris diuinæ Scripturae testimoniis, & sanctorum Patrum sententiis illustrauit locupletauitque magna cum Reipublicæ utilitate: Opus enim hoc plurimum negotij exhibuit hæreticis.

PETRVS CANISIVS, natione Belga, Patria Nouiomagensis, à puero se dedit studio pietatis. Cùm nata nondum esset Societas, femina quædam opinione Sanctitatis vulgo nobilis, matrem eius admonuit, vt magna PETRVM filium cura educaret, quod breui Religio quædam Clericorum instituenda foret, quæ eximias DEI Ecclesiæ utilitates esset allatura, in quam Religionem filius eius adscriptus, vir apprimè insignis haberetur. Vaticiniū seu præfensionem feminę, rei probauit euentus. Nam Paulò post Societas instituta est, in eamque PETRVS anno salutis M. D. XLIII. P. Petri Fabri operâ, primus omnium Transalpinorum cooptatus, illam exemplo, doctrina, præstantis ingenij monumentis recens natam mirum in modum illustrauit. Germaniam Superiorem primus Præpositus Prouincialis rexit, concionibus auxit: Hæreticos disputationibus repressit, Catholicos confirmavit. Ex quo

hæretici **CANISIVM canem Austricum** per ignominiam appellabant, quod in Austria plurimum versaretur: sed haud canem mutum, aut non valentem latrare, sed qui latratu & mortuus lupos passim grassantes ab ouili **CHRISTI** arceret. Episcopatum Viennensem à **FERDINANDO** Romanorum Rege sibi oblatum, constanter repudiavit. Scriptis

Catechismum, siue Summam Doctrina Christiana, breuem quidem illam, sed præclarissimam, & quæ copiosa Bibliotheca instar sit: quam **PETRVS BVSSEVS** nostræ Societatis Theologus pereruditus locupletauit, explicatis & integrè ad verbum adductis sanctorum Patrum testimoniis, quæ **CANISIVS** in margine indicauerat, & in angustum coaceruarat, quasi digitum in fontes intendens. Scriptis etiam *adversus Magdeburgenses Centuriatores Commentariorum de Verbi Dei corruptelis* Tom. II. quorum prior est,

De venerando CHRISTI Domini precursoro Ioanne Baptista. posterior,

De sanctissima Virgine MARIA Deipara. ingens atque spissum opus in sex libros diuisum: in quo quidquid impij ac pestilentes nebulones mentiuntur, & ad deprauandas Scripturas, & Praecursoris & Dei Matri gloriam obscurandam adferunt, luculenter, grauiter, eruditèque confutat. Scriptis etiam

Martyrologium. Item,

Concionum Tomos II. seu *Notas aureas in Evangelia Dominicorum & Festorum per totum annum dierum.*

Et extrema iam ætate duos alios libellos aureos, *Exercitamenta* videlicet *Christianæ pietatis, & Manualē Catholicorum*, in usum piè precadi collectum.

Et

Et hæc quidem Latinè: Germanicè verò scriptis, *Conciones in quatuor Dominicas Aduentus, & in Natalem Domini.*

Librum Precationum.

Librum de Confessione & Communione.

Vitas SS. Fridolini, Mauriti, & sociorum Thebæorum. Item,

Vitam & exercitamenta pietatis B. Nicolai Eremitæ. Denique euulgauit Latinè, *Selectas à se D. Hieronymi Epistolæ.* &, *Leonis Papæ Opera omnia.* Coloniae in Vbiis.

Porro de **CANISII** candore animi, puritate, humilitate, deuotione, orandi studio, perfecta omnium humanorum affectuum mortificatione, ardore fidei, animarum zelo, indefesso labore, & perpetua contentione, qua Religionem Catholicam semper tueri, ornare, amplificare non destitit, ceterisque eius ornamenti virtutum, multa dici possent, quæ iustum volumen desiderant. Obiit B. Pater Friburgi apud Heluetios XXI. Decembris, anni salutis M. D. XCVI. ætatis LXXVII. vbi magno in honore eius corpus habetur apud Catholicos omnes Heluetios: qui eius & viuentis voce, & scriptis, & mortui precibus in Apostolica & Romana fide confirmati sunt. Cenotaphium atque elogium gratitudinis ergò Ingolstadiense Collegium Theologicum **CANISIO** posuit. Epitaphium verò benè mecentis tumulo hoc impositum Friburgi cernitur:

D. O. M.

VENERANDVS IN CHRISTO PATER

PETRVS CANISIUS THEOLOGVS

NOVIOMAGI NATVS

SOCIETATEM IESV

TERTIO A CONFIRMATIONE ILLIVS ANNO
INGRESSVS

AC SACERDOTIO INSIGNITVS

OB MAGNI SIMVL ET PLACIDI ANIMI
PREASTANTIAM

A COLONIensi ECCLESIA AD CAROLVM V. IMP.

AB OTTONE CARD. AVGUSTANO

AD S. CONCILIVM TRIDENT.

A FERDINANDO IMP. VVORMATIAM
CONTRA MELANCHTHONEM HÆRETICVMA PIO IV. PONT. MAX. AD PRINCIPES GERMANIAE
IN FIDE CONFIRMANDOS

M I S S V S

POST QVAM ROMAE IN SICILIÆ ET GERMANIAE
ACADEMIIS DOCVISSET

DIV APVD FERDINANDVM IMP.

ET PASSIM SVMMA CVM LAVDE
VERBVM DEI PRAEDICASSET

PRI-

PRIMVS PROVINCIALIS SOC. EIVSDEM IN GERMANIA

AB IPSO SOC. AVCTORE P. IGNATIO

DATVS FVISSET

SCRIPTIS QVE FIDEM CATHOLICAM

EGREGIE ILLVSTRASSET

AVSPICIIS REVERENDI D. IOANNIS FRANCISCI

EPISCOPI VERCELLENSIS NVNCII APOSTOLICI

TRIBVRGV M SEXAGENARIVS VENIT

COLLEGII SOCIETATIS FVNDAMENTA IECIT

MVLT A PRAECLARA DOCVMENTA DEDIT

ET QVASI QVIDAM FIBVRGENSIVM PATRONVS

ECCLESIAE PER HELVETIAM PATRIARCHA

RELIGIONIS CATHOLICÆ SVI TEMPORIS COLVMNA
TOTO CHRISTIANO ORBE NOTISSIMVS

FIDE PRVDENTIA INDEFESSO SCRIBENDI LABORE

ABSTINENTIA PERENNI GRAVITATE

ANIMI PVRITATE

FLAGRANTISSIMO DEI AMORE

MVLTQU. SANCTITATE CLARISSIMVS

MIGRAVIT AD CHRISTVM

FESTO S. THOMÆ APOSTOLI

M. D. XCVII. ANNO ATATIS LXXVII.

PETRVS CHIRINV, natione Hispanus, patria Bæticus, ex Osunæ oppido, diœcesis Hispalensis, cùm vtriusque Iuris studiis operam nauasset, & Magisterij gradum effet adeptus, cùm sæculo renuntiare cuperet, Religionem nostram consilio Augu-
stini-

tiniani cuiusdam amici Monachi, ex omnibus potissimum elegit, in eamq; an. M. D. LXXX. adscriptus est, deinde ad normam nostri instituti conformatus, & Philosophicis ac Theologicis disciplinis eruditus, in Lusonias, siue Philippinas insulas missus est; ubi xx iam & amplius annos, tum Superioris, tum operatij muneribus obeundis, utiliter operam posuit. Scripsit de *Lusoniis insulis, ac de nostrorum in illas aduentu*, laboribus, fructu, & gentium illarum ad *CHRISTVM conuersione egregiam historiam*, quam Romæ anno salutis M. DC. IV. excusa est.

PETRVS COTTONVS, natione Gallus, patria Foresianus, ex Lugdunensi dioecesi, rara vir scientia, eloquentia, pietate: ea porrò morum suavitate, vt mirabiles amores excitet sui, & omnibus Principibus, summis, mediis, infimis iuxta sit charus: HENRICO vero IV. Galliarum Regi fuit charissimus; apud quem Concionatotis munere functus est, magna hominū admiratione ac fructu. Ab hereticis sàpè est appetitus insidiis, atq; ita aliquando in cervice vulneratus, vt parum ab extremo periculo absuerit. Edidit Gallicè eruditum opus & pium

De Missa sacrificio, aduersus ministrum Gratianopolitanum. Item,

Apologia pro Matre Dei. Et,

De enormitate peccati.

Interiorem deuota mentis occupationem, Reginæ iussu auctiùs denud editam.

Epistolas Apologeticas de fide Catholica, aduersus Duntalem Chamierium Delphinatem, Caluinianæ sectæ apud Allobrogas Ministrum. in quem & P. IGNATIVS ARMANDVS incurrit.

De modo agendi cum Hereticis.

Habet

Habet & aliud opus in manibus,

De locis sacrae Scriptura à Calvinianis corruptis.

Item Gallicè,

Concordiam utrinque Religionis: quod opus Rome non Patribus modò, sed & PAVLO V. Pontif. Max. cùm placuisset, edi iussum.

PETRVS FONSECA, natione Lusitanus, patria Viensis, adolescens xx. annos natus: XVI 11, die Martij anno salutis M. D. XLVII 11. Societatem nostram ingressus, grauiores in ea disciplinas excellenter didicit, & laudabiliter professus est. Fuit vir eximio ingenio, acti iudicio, prudentia singulari. Scripsit,

In Isagogen ad Porphyrium.

Dialecticam libris V 1 1. scholis ac scholasticis apissimam.

Metaphysica Aristotelis ex Græca lingua in Latinam feliciter transtulit, atque eruditis Commentariis illustravit Tomis III.

In gubernatione etiam excelluit; itaque Conimbricensis Collegij nostri Rector, Domus Professæ Olyssiponensis Præpositus, Societatis Romæ Assistent, denique Provinciae Lusitaniæ Visitator fuit. Quibus in muneribus multa prudenter constituit, multa tum ad domesticos tum ad exterios vtilia ex cogitauit, dixit, fecit, & ab aliis fieri curauit. Nostris integritate vitæ erat exemplo, alienis admirationi, omnibus adiumento. Olyssiponæ Catechumenorum domus, puellarum (quarum pudicitia in lubrico atq; in discriminé versabatur) domicilium, orphanorum item egentium perfugium, Monasterium S. Martha, aliaque nonnulla pietatis opera, eis potissimum industria facta sunt, & sanctis legibus stabilita: ex quibus magna in viuersam

Rempub. Lusitanam manat vtilitas. Erat enim FONSECA praestanti vir auctoritate, & ad perrumpendas difficultates rara industria, magnanimitae, constantia. Quamobrem PHILIPPVS II. Hispaniarum Rex Catholicus, ipsum inter alios elegit, quos in Lusitaniae regno quasi censores morumque reformatores esse voluit, Episcopumque Iaponis primo loco nominavit: & GREGORIVS XIII. Sunmus Pont. vir admirabili rerum vsu, tanti FONSECAM fecit, vt multa ei committeret, non ad Societatem modò pertinentia, sed etiam ad vniuersitatem Ecclesiae vtilitatem. Cum igitur anno salutis M.D.XXIX. Congregatio Prouincialis celebraretur, euocatus ipse Ebora, Olyssiponem venisset, morbo ipsa in Congregatione correptus est grauissimo; quo tandem i.v. Nouembris consumptus est, & ad feliciorrem vitam translatus. Vixit PETRVS FONSECA annos LXXI. ex quibus xx. in saeculo, vnum & quinquaginta exigit in Societate.

PETRVS GVSMANVS, natione Hispanus, patria Abulensis, Vitam B. P. FRANCISCI XAVERII, ab Horatio Tursellino Latinè scriptam, Hispanicè eunulauit.

PETRVS DV IARRIC, natione Gallus, patria Tolosas, Tomos duos edidit *Historia rerum memoria dignarum, in Orientali India gestarum, ad fidei Catholice propagationem pertinentium*, ex quo Lusitani in eas oras penetrarunt, maximè à Patribus nostræ Societatis: aliosque deinceps se daturum pollicetur.

PETRVS IOANNES PERPINIANVS, natione Hispanus, patria Valentinus, ex oppido Elche, vir fuit ad eloquentiam natus. Ab incunabulis se Deo in Societate dicauit, & cum scientias alias omnes, tum vero

verò Artem dicendi mirabiliter complexus, & vñque adeò assecutus est, vt cum summis nostri saeculi Oratoribus conferri posse videatur. In Academiis celeberrimis, Conimbricensi, Romana, Parisiensi, cum ingenti plausu atque admiratione auditus est, omniumque disertissimorum virorum eius æqualium consensu, primæ illi eloquentiæ partes deferebantur. Quod ne cui fortè amori non iudicio, amicitiae non veritati datum esse videatur; referam hic breuiter, quæ tres summi nostri temporis Oratores atque Eloquentiæ lumina, de PERPINIANO scripta reliquerunt. Q. Marius Corradus in epistola ad PERPINIANVM: *Marcellus* (inquit) frater meus, omnino tibi vix unum aut alterum confert, plurimarum artium scientia, splendore orationis, acumine iudicij, & omnium elegantia & grauitate studiorum. Paulus autem Manutius Zerbino Ritio de obitu PERPINIANI ita scribit: *Decessit alienissimo tempore, cum ad eum salutaris doctrina dogmata de loco superiore ostenderent, omnis omnium concursus fieret, cum heretica factionis infidias patefaceret, impecatum frangeret, tela retunderet; decessit (inquam) florente adhuc etate, nimis immatura morte, summo ingenio vir, incredibili scientiæ copia, maxima iam apud omnes bene sentientes existimatione & auctoritate PERPINIANVS noster.* M. verò Ant. Muretus *nullum nostro tempore fusse* ait, *in quem illud de Nestore elogium melius conueniret, cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio.* Hæc illi. Adolescens PERPINIANVS in Lusitania cum primis dicendi laude floruit, & in Italiae ac Gallie luce sic excelluit, vt paucos haberet pares, superiorum fortasse neminem. Hic vir tantus, Lutetiat Parisiorum, par ingenio & virtuti suæ theatum

trum natus, in Religionis Catholicæ propugnatione, annos nondum **XL.** natus, non minore Catholicorum mœrore quam impiorum gaudio spiritum effudit. Habuit scriptitque *Orationes duodeniginti ornariissimas atque elegantissimas*; quæ in eloquentia studiosorum gratiani PERPINIANO mortuo nostrorum operâ prodierunt in lucem.

De Landibus S. Elisabethæ Lusitania Regina Orationes IIII.

Quarta, De Societatis IESV Gymnasio.

Quinta, In funere Ludovicæ Principis Lusitaniae.

Sexta, De Rhetorica discenda.

Septima, Ad Carolum Borromeum Cardinalem.

Otiosa, De DEO Trino & Vno, ad PIVM IV.

Pont. Max.

Nona, Ad PIVM item IV. cum Gymnasium Sacrae Scripturæ Roma inuiseret.

Decima, De aucta docendi laude recuperanda.

Undecima, De retinenda veteri Religione, ad Lugdunenses.

Duodecima, De eodem argumento, ad Parisenses.

*De eadem re, ad eosdem, **XIIII. XIV. XV.***

Decimasexta, De humana ac diuina Philosophia.

Decimaseptima, De retinenda veteri Religione, iterum ad Parisenses.

Decimaoctava, De perfecta Doctoris Christiani forma.

Scriptit eadem felicitate qua dicebat,

Vitam B. Elisabethæ Lusitania Reginae: quæ et si nondum lucem aspexit.

Commentarios quoque in Aristotelis Rhetorica ad Theodecten, sed imperfectos reliquit.

PETRVS LOYERVS, natione Gallus, Aquitanus prouincie

prouincie Praepositus fuit Prouincialis. Scriptit *Commentaria erudita in Apocalypsim: quæ tamen morte impeditus, in lucem emittere non potuit.*

*PETRVS LVDOVICVS, natione Hispanus, patria Valentinus, à puerō se nostrā Societati sacravit Valentię, & in Lusitaniam missus est: vbi omnes scientias feliciter didicit, & feliciter profellus est. In Eborense Academia per **XX.** circiter annos D. Thomam est interpretatus, ac Theologicæ Cathedræ præfuit, ibique sanè diu vixit. Scriptit in *Tertiam partem D. Thomæ pereruditos Commentarios de Incarnatione;* & primum Tomum in primam partem eiusdem Angelici Doctoris: quæ eius opera breui, ut speramus, excudentur.*

*PETRVS MATVRVS, natione Gallus, patria Arvernum, ex opido Ambert, in Societatem olim Luteriæ admisitus anno M. D. LXXI. ætatis **XIX.***

Historiam dini Antonini Archiepiscopi Florentini, collatione aliorum Auctorum locupletauit. De typographis, multisque Nostrorum, in emendandis mendis atque erratis operarum, optimè meritus Lugduni, indefessam nauans operam; vt & in audiendis Confessionibus assiduus est: docuitque Conscientiae Nodos, bonasque litteras adolescentes: nunc senex & effictus Gallicas fecit

P. Emondi Campiani Rationes x. Adhac

Io. Maldonatum in Euangelia eruditus illustravit Annotationibus.

*PETRVS MICHAEL, cognomento BRILMAEKER, natione Germanus, patria Coloniensis, natus est anno salutis M. D. XLII. & in Societatem ingressus anno M. D. LVIII. **XIX.** Maij: qui positis Religionis rudimentis, & litteris politioribus arque Philo-*

Philosophicis eruditus, Lutetiam Parisiorū missus est, vbi P. IOANNE MALDONATO præceptore vñs, sacræ Theologiæ operam nauauit, quem redditia vice Hebraicè docuit. In Societate Rhetoricen professus est, deinde & Hebræas litteras. Erat enim Germanica, Latina, Hebraica lingua facundus, Græca verò & Gallica mediocriter doctus. Cum eloquentia coniunctam habuit prudētiā, & quodam excelsum animi robur. Itaque multis Germaniq̄ Principibus familiaris & charus fuit, & legationibus ipsorum nomine præclarè functus. Rectorem egit Spiræ annos vi. totidem Monasterij Westphaliæ, vbi sola fiducia in D̄EV M fretus, licet obo- lūm non haberet, magnificum ædificium pro scho- lis cœpīt & perfecit: atque eadem animi magnitu- dine noui templi fundamenta iecit. Erat vir verè humilis, eximia charitate, nullo fastu, nullo super- cilio; cuius institutione & opera multi hæretici ad Ecclesiā Catholicā redierunt. Stephanum Isaacum (qui ex Iudeo malè Christianus, ex Christiano factus Minister Calvinista in cultum sanctarum Imaginum est debacchatus) scriptis confutauit ac fregit. Ioannem à Munster Westphalum, obscura nobilitate, & Grammatices cognitione inflatum, & stolidè concionante, atque ad certamen prouo- cantem, Apologetico scripto repressit, ac silere compulit. Sed dum hæreticos vita, voce, stylo vrget, ab illis circumuentus, & per speciem amicitię ad men- sam inuitatus, semel atque iterū venenum (vt & Chalancon P. Catolus Sagerius) incautus hausit; quo tandem Moguntiæ extinctus est, xxv. Augusti, anno salutis M. D. xcvi. ætatis liii. Scriptis Pa- ter MICHAEL partim Germanicè, partim Latinè,

De Communione sub altera tantum specie.

Sertum item precatorium.

De Eucharistia lib. v. per Dialogum.

Catechismum.

Christianam & solidam detectionem errorum Ioan- nus à Munster.

Epistolam ad amicum, qua tamquam spongia deter- guntur calumniae Stephani Isaacii, ex Iudeo Pseu- dochristiani.

Quiddiothecam, hoc est, libellum qui multo- rum librorum loco de omnibus Christianæ fidei dogmatibus ita tractat, vt facilè agnoscī possit, vbi est vera fides.

PTRVS MORALES, natione Hispanus, patria ex oppido Valdepeñas, diœcesis Toletana, xxxii. annum agens Societatem nostram ingressus est; in qua adhuc viuit in prouincia Mexicana. Philosophiam de Moribus quatuor annos docuit, & aliquot Collegiorum Rector fuit. Scripsit librum

De Reliquiis Sanctorum ex Europa in nouam His- paniam inueniatis, & magna pompa atque veneratio- ne in Mexicana ciuitate per Nostros collocatis.

PTRVS ROVERIVS, natione Gallus, patria Aue- nionensis, vbi nunc Philosophicas docet disciplinas, magnamque sui spem concitat, edidit,

Panegyricum HENRICO IV. Gallorum Regi Chri- stianissimo dictum Divinæ, in instauratione Godrani Societatis IESV Collegij: ipsumque doctis illustravit Notis; typis Plantinianis, post Parisensem editio- nem, emendatiū recusum.

PTRVS SANCTIVS, natione Hispanus, patria ex oppido Sancti Martini, diœcesis Toletana, cùm Academiæ Complutensis Rector fuisset, & Aristote- telicas

relicas disciplinas publicè explanaret, magna probitatis atque eruditio nis opinione, rebus omnibus saeculi contemptis ac pro nihilo habitis, in nostrorum numerum aggregatus est Compluti; anno salutis M. D. LVI 111. maxima totius Academæ admiratione acque edificatione, deducentibus illum nostrum in Collegium Praæceptoribus ac discipulis, & multas lacrymas profundentibus. Postea verò quam ad normam Societatis est conformatus, Rectoris nostri Collegij Complutensis munere funetus, in occidentis Solis Indiam Superiorum iussu nauigauit anno salutis M. D. LXXVII. primusque nouæ Hispaniæ prouinciam laudabiliter administravit. Scriptis Hispanicè volumen

De Regno Dei, in octo libros diuisum; in quibus omnium pènè virtutum Sanctorum adducit exempla ex Ecclesiastica historia de prompta, ut doceat Virtutis cuiusque obiectum, modum, finem, & quibusdam quasi calcaribus admotis legentium animos per Sanctorum exempla magis accendat ad pietatem. Obiit vir maximè religiosus ac pius, magna cum opinione sanctitatis, XVII. Iulij anni salutis M. DC. IX. ætatis LXXXIIII. & tamquam parens quidam & Apostolus illius gentis conditus est in Mexicana Societatis IESV Professorum dormo.

PETRVS SCARGA, natione Polonus, vir iam maturus, & XXXIII. annos natus, Canonicus, & Concionator, in Societatem adscriptus est, anno salutis M. D. LXIX. quo ego tempore, illo, nostro in Collegio Romano, familiariter vsus sum: deinde ad instituti nostri normam expolitus, in patriam rediit; in qua concionandi munus, quod in saeculo cum laude obierat, per annos XXX. indefesso labore prosecutus

tutus est, magna auditorum frequentia, admirazione, vtilitate. Per multos enim haereticos, & in iis haud paucos Proceres ac Principes viros, ad fidem Catholicam conuertit; & SIGISMUNDI III. Poloniae Regis annos iam xv. ordinarij Concionatoris partes agit, tanta modestia, humilitate, atque erga Superiores suos obediētia, vt in aula religiosam disciplinam ad vnguem conferuet, & de studio conatusq; in virtutibus proficiendi nihil omnino remittat: quo etiam nomine & Regi gratissimus, & omnibus Principibus charissimus est. Rector fuit Collegij Vilnenis, & prouincie Poloniae Præpositus Vice-prouincialis. Scriptis Latinè,

Pro angustissimo Eucharistia Sacramento, contra Andream Volanum haereticum Zwinglianū, lib. III.

Item contra euimdem Volanum, XI. *Artes quibus haeretici Sacramentarij oppugnant presentiam Dei in Eucharistia*, & totidem quibus Catholici eamdem propugnant & defendunt.

Polonicè autem scriptis,

De unitate Ecclesie Dei sub uno Pastore, &
De schismate Gracorum, cum admonitione ad Rutenos, Gracorum schismati adhaerentes.

Septem columnas, in quibus fundatur Catholica fides de Sacramento altaris, contra Zwingianos & Caluinistas.

Librum perutilem, in quo continentur *Selecta Sanctorum vita*, digestæ in singulos dies totius anni, additis documentis ad mores formandos aptis, & sententiis ex scriptis sanctorum Doctorum contra præsentes haereses collectis.

Postillas seu Conciones in singulos dies Dominicos & Festos.

Con-

Conciones de Sanctis, & de rebus variis.

Compendium x. Tomorum Cardinalis Baronij.

P E T R V S TYRÆV S, natione Germanus, patria Nouesiensis, in ditione Archiepiscopi Colonensis, vir omni litterarum genere camulatus, & in Academis Treuerensi, Moguntina, & Herbipolensi publicus per xxvii annos continuos Professor. Scripsit praeclarum librum, cui titulus est :

Loca infesta. hoc est, De infestis ob molestantes demoniorum & defunctorum hominum spiritus locis: in quo spirituum infestantium genera, conditiones, vires, discrimina, opera, mala quæ viuentibus adferunt; rationes item quibus partim cognoscuntur, partim proscribuntur; modi denique quibus loca ab ipsorum molestia liberantur, iisque similia discutiuntur & explicantur.

Libellum item De terrificationibus, nocturnisq; tumultibus, quæ hominum mortes prætendere solent.

De Apparitionibus spirituum Traictatus ii. quorum prior agit de apparitionibus omnis generis spirituum, D e i, Angelorum, dæmonum, & animarum humanarum, lib. i. Posterior continet Diuinarum seu D e i in veteri Testamento apparitionum & locutionum, tam externarum quam internarum, libros i v.

Diuinarum noui Testamenti, sive CHRISTI Filij Dei noui Testameti mediatoris apparitionib; lib. i.

De sacrorum hominum continentia.

De novo & falso Antichristo.

De iure vocationis & missionis Ministrorum in Pseu- doeuangelicorum Ecclesiis.

Disputatione de vera fide duplice, in quibus simul demonstratur eam non esse in Protestantium Ecclesiis.

Dispu-

Disputationes de potestate Ecclesie.

De Feste corporis CHRISTI, & DEO in Sacra- mento Eucharistie adorando.

De Sacramentali confessione.

De clandestinis matrimonij.

Examen Apologeticum Theséon Danielis Toffani Caluiniani Theologi in Academia Heydelbergensi.

De Sanctorum innovatione.

De legitimo Sanctorum cultu, deque Imaginum consecratione.

De multiplicibus suffragiis, quibus piè defunctorum spiritus innantur à viuentibus.

Sed dum P. TYRÆV S Religionem Catholicam ingenij sui monumentis illustrare, & pro sua virili subleuare non cessat, rude scholastica donatus, laborum suorum præmia percepturus, nouem mensum rabe, in cælum à Deo euocatus est Herbipoli, anni salutis m. d. c. i. 111. Decembri.

P E T R V S SILVIUS, natione Belga, natus in Houtem S. Læuini, ad Societatem aggregatus est Louanijs anno salutis m. d. lxxi. xxvi. Ianuarij. Obiit Moguntiæ anno m. d. xcii. x. Iulij. Scripsit,

Disputationes de DEO ac de Sacramento Pænitentie.

P E T R V S VARGAS, natione Hispanus, scripsit,

De conscribendis Epistolis, &

Progymnasmata Rhetorica.

P H I L I P P V S S V E V E N Z E L I V S, natione Belga, patria Brugensis agri, lingue vtiusque, Græcæ ac Latinæ, quas annos plurimos in Societate docuit, apprimè doctus: vertit è Græco acceptam à Patre ANDREA SCHOTTO,

Anastasij Sinaitæ in Psalmum vi. Danidis Expla-

O

natio-

nationem: extatque Tomo 111. Antiquarum Legionum Henrici Canisij I. C.

Patrio verò sermone dedit, suppresso tamen nomine, *Rectam viam ad pietatem.*

PROSPER MALAVOLTA, natione Italus, patria Ferrarensis, adolescentulus à B. P. N. IENATIO in nostrum Ordinem admissus est. Post studia Concionibus addictus Italiam percurrit, & tricies Quadragesimæ iejunium quotidianis concionibus in primariis templis emenitus est. Collegia præterea, Domos Professorum, ac Provincias rexit. Plenus laborum ac meritorum obiit Genuæ, anno salutis M. D. IV. atatis L X V I. Scriptis pium libellum Italicè, cui titulus :

Pia exercitia super coronam duodecim Virtutum. B. MARIAE, & modus eam quotidie spiritualiter coronandi.

Reliquit etiam multas *Conciones* paratas, & de scriptas, sed nondum editas, præter septem quas illo non concio, tacito nomine, euulgauit Italicè amicus eius Barthol. Zucchius.

R.

RAPHAEL RIERA, natione Hispanus, patria Barcinonensis, scripsit Italicè,

De anno Jubilai M. D. LXXV. Item,

De Miraculis B. MARIAE Virginis Lauretana.

RICHARDVS ESIVS, natione Belga, scripsit,

Institutiones Grammaticæ Latinae. &,

Institutiones Graecæ lingue.

RICHARDVS GIBBONVS, natione Anglus, edidit Duaci *Dæcachordum Christianum M. Vigerij.*

Medi-

Meditatur ingens Opus materiarum omnis generis ac disciplinæ, alphabeti serie.

ROBERTVS BELLARMINVS, natione Italus, patria Politianus, M A R C E L L I II. Post. Maximi sororis Cynthiæ Ceruinæ filius: adolescentulus se Deo nostra in Societate consecravit, atque excellenti ingenio, magno iudicio, improbo & pertinaci studio, liberales Artes didicit, docuit, professorus est. Scriptis

De controversijs Christianæ fidei aduersarij sui temporis hereticos, opus spissum sanè atque operosum, & omnibus numeris absolutum, in tres Tomos distinctum, & L X I V. libris comprehensum: cuius generalis operis diuisio hæc est:

Tomus primus in v i i. generales controversias diuisus :

De verbo DEI scripto & non scripto lib. iv.

De Christo Capite totius Ecclesie lib. v.

De Summo Pontifice Capite militantis Ecclesie lib. v.

De Ecclesiastum in Conciliis congregata, tum sparfa toto orbe terrarum, lib. iv.

De membris Ecclesie militantis, Clericis, & Monachis, Laicis, lib. i i i.

De Ecclesia qua est in Purgatorio lib. ii.

De Ecclesia qua triumphat in celis lib. iii.

Tomus secundus in v. controversias generales:

De Sacramentis in genere lib. ii.

De Baptismo & Confirmatione lib. ii.

De Eucharistia & Sacrificio Missæ lib. vi.

De Pænitentia lib. iv.

De extrema Unctione, Ordine, & Matrimonio, lib. iii.

Tomus tertius in tres controuersias generales:

De gratia primi hominis & statu innocentia lib. I.

De gratia amissione lib. VI.

De gratia reparatione & statu Iustificatorum per Christum lib. XIV.

Controuersiarum autem Tomorum III. Epitomen ediderunt, Antuerpiæ *Baldinus Iunius* Ordinis Minorum, & alibi copiosius quidam *Bosius*.

Scripsit etiam,

Iudicium de concordia Lutheranorum.

De indulgentiis & Iubilao.

De translatione Imperij.

Liturgiam Apostolicam.

In haereticum carptorem fulminis XISTI V.

Institutiones lingue Hebraicae.

Catechismum Italicè. Itemque,

Declarationem Symboli. & Gallicè uterque
Lugduni exiit.

Responcionem ad Doctorem Theologum, de Censuris aduersus Venetos, & ad Tractatum Io. Gerfonis de excommunicatione.

Aliam responcionem ad VII. Theologos Venetos.

Libellum, quem *Recognitionem operum suorum* inscriptis.

Responcionem sub nomine Matthæi Torti presbyteri & Theologi Papiensis, ad lib. inscriptum,

Tripli nodo triplex cunens. Item,

Apologia pro Responce sua ad librum Iacobi magnæ Britanniæ Regis, cui titulus est *Tripli nodo triplex cuneus*: in qua Apologia refelliatur *Prefatio monitoria Regis eiusdem*.

Denique,

Commentarios in Psalmos Davidis.

De

De Religione porrò ROBERTI BELLARMINI, pietate, demissione animi, modestia, ceterisque virtutibus, tacere melius puto, vt ille de Carthaginē ait, quām pauca dicere; ne eius adhuc viuentis auribus, nō veritati testimonium dedisse videar. Illud tamen dicam, ea vita integrata, eruditione, prudentia prædictum esse ROBERTVM, tam benè de Ecclesia Dei meritum, vt CLEMENS VIII. Pont. Max. ipsum neque appetentem, neque ambientem, immo verò abhorrentem atque repugnantem, in Collegium S. R. E. Cardinalium cooptauerit, anno salutis M. D. XCIV. die tercia mensis Martij. Sed ille quidem sacra purpura donatus, nihil de pristina modestia mutauit, sive omnino similis, & pauper Societatis IESV Presbyter, & Ecclesiæ Romanæ Princeps idem semper fuit, in vnum Religiosæ vitæ & Sacra dignitatis munia coniungens.

ROBERTVS PERSONIVS, natione Anglus, patria Somersetensis, vir non magis doctrina quām prudenter & integritate vita laudabilis, qui in Anglia multos à Catholicæ fidei veritate aberrantes ad viam salutis reduxit, plurimos Catholicos confirmauit, incredibiles labores pertulit, vita discrimina saepenumero adiulit. Perquisitus ad necē, & omnibus indiciis atque indagine exploratus, vestigijs deprehensus, fraudibus circumventus, ac pene ab haereticis captus, diuinæ prouidentiæ beneficio se liberatus est, vt non semel tantum, sed per totam vitam Martyr fieret, multorumque Martyrum patiter; collabantemq; tota Anglia Religionem Catholicam fulciret, ac suis quodammodo humeris sustineret. Seminaria Anglorum & Catholicorum adolescentium Romæ ac Rhemis priùs instituta, ne vel

O 3

haer-

hæreticorum impetu atque insidiis labefactata considerent, vel rerum inopia tabescerent, multùm laborauit, & alia Seminaria Hispali & Pinciæ in Hispaniis, & apud sanctum Audomarum in Inferiore Germania PHILIPPI II. Hispaniarum Regis Catholici liberalitate excitari curauit. Quibus in Seminariis nobiles adolescentes ex tota Anglia lectissimi, ad Catholicæ Religionis regulam informantur, & litteris expoliuntur, vt ætate confirmati, scientia instructi, sacris iniciati, spiritu robusti, in patriam redeant, & acre cum hæreticis bellum gerant, futuri quocumque euentu viatores. Quæ quidem Seminaria refugia sunt Catholicorum Anglorum, naufragantium portus, ipsorum adolescentum salus, hæreticorum exitium, Apostolicae Sedis pugnaculum, autæ Religionis præsidium. Scripsit ROBERTVS PERSONIVS varia atque utrilibet opuscula, tum Anglicè, tum Latinè, in hunc usque diem: vt ad edictum Anglicanum Regina Anglia: item, *Quæstiones de Sacris alienis non adeundis: sed suppresso nomine; ne, si verum nomen proferret, reicerentur, atq; dilacerarentur propter odium Auctoris.* item, *De tribus statibus Religionis Catholicæ in Anglia.* Sed inter alia ROBERTI opera pertinere imprimis esse aiunt quæ lingua Anglicam callent, & illud legerunt,

Directorium ad Christianam fidem, quod elegansissimo stylo Anglicè scripsit. Item,

Martyrologium Catholicum, contra pestilens opus Foxij pseudomartyrum.

Denique vir admirandus Romæ mense Aprili, anni M. DC.X. relicto mortalitatis ergastulo in æternas beatasque sedes commigravit.

ROBER-

ROBERTVS SOTVELLV, natione Anglus, patria Suffolcensis. Scripsit *Libellum, sive Solarium ad Sacerdotes, qui profide Catholica in vinculis detinuntur.* Detenus est ipse, & martyrij corona donatus est, anno M. D. XC V. III. Martij.

S.

SEBASTIANVS BARRADAS, natione Lusitanus, patria Olyssiponensis, in Collegio Conimbricensi vix ephebus, & xv. tantum agens annum, Societati nomen dedit, Septemb. die XXVII. anni salutis M. D. LVIII. Deinde Rhetorice atque Philosophicas facultates professus est, Sacras litteras tum Conimbricæ, tum Eboræ, magna Auditorum celebritate est interpretatus, Concionatoris etiam partes laudabiliter egit. Scripsit in *Historiam & Concordiam Euangelicam preclaros Commentarios: ex quibus quatuor iam Tomi excusi, sunt in manibus, legunturq; summo cum fructu, etiam concionatum,*

SEBASTIANVS BERETARIUS, natione Italus, patria Florentinus, Humaniores, vt vocant, litteras annos plurimos professus, scripsit disertè *Litteras annuas Societatis, annorum M. D. XCI V. & M. D. XC VI.*

SEBASTIANVS CONTVS, natione Lusitanus, patria ex oppido Oliuenca, diœcesis Heluensis, in Conimbricensi Academia Philosophicas disciplinas tradidit, & in nostro Collegio Sacram Theologiam, quam hoc ipso tempore in Academia Eborense profiteretur. Scripsit *Logicam, quæ cum Cursu Conimbricensi excusa est.*

SEBASTIANVS HEISSIUS, natione Germanus, patria

O 4

patria Augustanus, controuersarum cum hæreticis disputationum Professor. Scripsit,

De vera Christi in terris Ecclesia, deque proprietatis ac notis, quibus ab omnibus falsis hereticorum Ecclesiis internojactatur.

De triumphante in calis Ecclesia.

De cultu & invocatione Sanctorum, & Veneratione sacrarum Reliquiarum atque imaginum.

Dialogos de S. Eucharistia.

Declarationem Aphorismorum Doctrina Jesuitarum, aliorumque Pontificiorum.

Apologiam contra Catholicum volumen Jacobi Heylbrunneri Prædicantis Lutherani.

SIGISMUNDVS ERNHOFFER, natione Germanus, patria Monachiensis, vix ex ephebis exierat, cùm nostrum institutum arripuit, & in eo laudatè perseuerauit usque ad mortem, quam Græci obiuit. Scripsit Opuscula aliquot Germanicè contra hæreticos.

SIMON NICOVIVS, natione Polonus, Philosophicis disciplinis institutus, atque laurea Magistrali donatus, anno salutis M. D. L X X V . Societatem nostram amplexus est, vir raræ virtutis, candidus humilisque. Vertit in lingam Polonicam,

Martyrologium Romanum, G R E G O R I I X III. iussu editum; & Sanctorum vitas, quæ extant in Breuiario Romano.

SIMON VISOCHIVS, natione Roxolanus, admis-sus est in Societatem Romæ, anno salutis M. D. L X I X . ætatis vero xxiv. & per xxx. & eo amplius annos verba de superiore loco ad populum fecit, & incen-sis concionibus multorum animos ad fidem Catho-licam, & ad pietatem colendam inflammauit.

Scri-

Scripsit Polonicè librum cui titulum fecit, *Mon-straentia*. Verit etiam in Polonicum idioma pios aliquos libros.

STANISLAVS GRODITIVS, natione Polonus, patria Posnanienſis, in nostrorum gregem annumeratus est anno salutis M. D. LXXI. ætatis vero xxx. Vir si quis alius magnæ orationis, instituti Societatis tenax, & ad commouendos auditorum animos acer imprimis ac vehemens. Scripsit Polonicè,

Conciones sex de usu Sacramenti Eucharistie sub una specie.

De emendatione Kalendarij GREGORIANI concio-nes duas.

Regulas fidei hæreticorum; quibus demonstrat hæretiarchas non Scripturam sacram, sed sui cere-bri somnia pro regulis habere.

Conciones duas de Purgatorio, quas habuit Vilnae in duorum Principum exequiis.

Euangelium, sive *Dialogos duos*, quibus probat ex iporum principiis hæreticos non esse Euangelicos.

Concionum tomos tres.

Concionem item de probandis spiritibus.

STANISLAVS VARSCHEVICIVS, natione Polonus, cùm nobilitate, ingenio, doctrina, auctoritate, in seculo floreret, & ad honores amplissimos vocare-tur, oblatum à SIGISMUNDO Rege Episcopatum repudiauit: & omnibus mundi illecebris vanitati-busque reieclis, anno salutis M. D. L X V I . ætatis vero prope modum x l. ad C H R I S T I vexillum conuolauit, crucisque ignominiam aulæ splendori in Societate pœnituit. Vir verè religiosus, ac maximè pius, orationis apprimè studiosus, in qua sic semper erat defixus, ut cùm oraret, extra se positus videre-tur.

tut. Elucebat præterea in STANISLAO rara prudētia, cuius specimen edidit Collegiis Vilnensi & Lublinensi gubernandis. Scriptis, seu potius Latinitati donauit, Lib. x. *Historia Æthiopie*, eosque SIGISMUNDO Augusto Poloniæ Regi dicauit.

Transfūlit etiam in Polonicam linguam aureum atque elegantissimum Patris Ludouici Granatensis Dominicani librum, qui Hispanicè *Gua de peccadores*, id est *Dux peccatorum*, inscribitur. Denique xxii. & eo amplius annis magna religione in Societate consumptis, anno salutis M. D. xci. ad cælestem patriam commigrauit.

STEPHANVS DE AVILA, natione Hispanus, patria Abulensis, in ea Hispaniæ prouincia, quæ vulgò Castella vetus dicitur. Societatem nostram ætate adhuc tenera ingressus est; de quo in principio libri illius de Censuris hæc habentur ad verbum: Post absolutum spiritualis tirocinij tempus Theologicis litteris applicuit animum, tam felici ingenio, vt nihil suprà; vix discipulus esse desit, cum aliorum magister & doctor renuntiatus est: miraculo fuit adolescentis sapientia summa, eruditio singularis; hæc Praepositos mouit, vt eum ad nostros Peruani regni incolas olim transmitterent. Excepit America rāntum virum, vt par erat; cumque racente ipso, quantus esset, prædicaret fama, Theologiam in Academia Limensi profiteri publicè iussus est. Credi vix potest, quam plausibilis omnibus eius docendi ratio: admirationi erat acumen ingenij, in indagandis rebus solertia, in tradendis exquisitissima methodus, in euoluendis auctoribus indefessum studium, præsertim in re morali. Hæc sic STEPHANVM commendarunt omnibus, vt *DoctoR Do-
ctorum*

Elorum vulgò diceretur. Illum totius Regni processus, tribunalia summa, vt absolutissimum Theogum, & utriusque Iuris peritissimum consulebant. Omnes hominum status, ciuitates omnes, & Provinciæ, quod A V I L A dixisset, verum, certum, securum; quod reticuisse, suspectum, incertum, periculosum iudicabant. Respondebat doctrinæ egregia probitas morum. Vir fuit incredibili sui despicientia, honoris perpetuus contemptor, abiectionis cupidissimus; quique cum in ore omnium esset, solus ipse seipsum ignorabat. Obiit post illustratas ferè omnes quatuor Summæ Theologiae Angelici Doctoris partes, cuius acerrimus semper defensor fuit, datusque forsitan fuisset in lucem quamplurima, nisi satis immatura mors pios conatus hominis vna cum vita abstulisset. Quod ex omnibus suis lucubrationibus, quæ certè multæ sunt, absolutum magis nobis reliquit, *Opus de Censuris Ecclesiasticis* est, postumus filius patri.

STEPHANVS GYZONVS, natione Gallus, patria Dolanus, ubi & Rectorem egit multis annis, cum antè diu Eloquentiam professus fuisse, tum Anicij, tum Auenionis. Scriptis Orationes duas perlegatæ

De antiquitate urbis Auenionæ. alteram vero,
De Pietate & Magistratibus eiusdem ciuitatis.

Compendium item *Summa seu Manualis Doctoris Nauarri* in ordinem alphabeti redactum, sententiasq; omnes succinctè complectens, quod sumptibus Horatij Cardonis exit in lucem an. M. DC. IX.

STEPHANVS TVECVS, natione Siculus, patria ex oppido Monfort, diœcesis Messanensis, adolescentis se nostris adiunxit, & permultos annos in Sicilia Humaniores litteras docuit. Theologiam vero com-

complures annos, tum Patauij, tum Romę, cum eximia laude professus est. Studiorum in Collegio Romano moderator, Pœnitentiariæ Rector, austeritate vita & demissione animi insignis. Vir fuit ad omne disciplinarum genus natus, Orator, Poëta, Philosophus, atque Theologus eximus. Scripsit,

Chronicon ab orbe condito ad CHRISTI natitatem. Item,

Orationes plurimas. Item,

Dramata & actiones sacras Heroico carmine composita: inter quas obtinet principatum *CHRISTVS Index*, sappiūs cum admiratione spectatus: & alia id genus multa.

Disputationes varias de Theologicis Philosophicisq; rebus, qua in controuersia versantur.

Ingens volumen disputationum aduersus nostri temporis Atheistas. Sed h̄c per mortem limare STEPHANO ac perpolire non licuit.

Duae eius *Orationes* editæ sunt, altera *ad Gregorium XIII. Pont. Max. cum inuisit Collegium Romanum.* altera *in funere eiusdem Gregorij XIII.* quæ propter elegantiam typis sappè euulgata.

T.

THEOBALDV N. natione Germanus, patria Suevus, libros quinque *De vita B. Patris IGNATII Societatis IESV Institutoris à Patre PETRO RIBADENEIRA conscriptos*, ex Latina lingua in Germanicam transtulit, & varias etiam *Epistolas Iaponicas annuas*.

THEODORVS PELTANVS, natione Belga, vir fuit Latinè Græceque doctissimus, & in aliis scientiis

tiis probè versatus: cuius hic Elogium adscribere placet è S. Theologis Professoribus Academiæ Ingolstadiensis, auctore Valentino Rotmario.

THEODORVS ANTONIVS PELTANVS, ex Inferioris Germaniæ Pelta pago oriundus, Societatis IESV Theologus, anno Domini m. d. l v i. cum aliis quibusdam Patribus de Societate IESV *Thoma Lentulio* Nouiomagensi, *Ioanne Cuuillonio* Insulensi, & *Hermannu Tyrao* Nouesiensi, Doctoribus Theologis, mense Augusto ad Ingolstadiensem accedit Academiam, & Græcæ Hebraicæque litteraturæ Professor ordinarius constituitur. In Theologia omnes gradus, tam Baccalaureatus quam supremos, est adeptus. Anno Domini m. d. l x i i. mense Aprili Doctoralia recipit insignia, & in lectione Theologica *D. Cuuillonio*, qui ad Concilium Tridentinum proficilebatur, succedit. Si quis, vel propter ingenij candorem & acumen, vel in disputando tam in Philosophica quam Theologica arena subtilitatem & promptitudinem, meretur laudem, certè ille amplissimis dignus est encomiis; ut integrum linguarum cognitionem, quam publicis scriptis & versionibus & aptissimis & ornatissimis toti Ecclesiæ iam testatam reliquit, silentio præterea. Docuit Theologiam ab anno l x i i. usque ad annum l x x i v. frequentibus in materia Theologica disputationibus habitis. Secessit postea Augustam Vindelicorum, vt se quieti senex traderet, quæ etiamnum huiusmodi fuit, vt cum summa totius Ecclesiæ & religionis Catholicæ utilitate esset coniuncta. Nunc de scriptis videamus.

Theſis plurimas *De diuerſis fidei controuersiis & publicè PELTANVS disputauit*, frementibus hæreticis,

ficis, & typis, vt ad alios quoque emanaret utilitas; euulgauit. Sunt in manibus;

Propositiones de Purgatorio igne, De animarum sedibus, De vita funerorum suffragiis, De Christianorum sepulturis, exequiis, & anniversariis. Item,

De CHRISTI satisfactione & nostra lib. 11.

De Matrimonio.

Vtissimum quoque opus vernis Quadragesimæ aptum ieunis dedit,

De tribus bonorum operum generibus; Eleemosyna; Jejunio, & Oratione. Præterea,

Theologiam Naturalem, ac

Theologiam Mysticam.

De peccato Originis tractatus duodeniginti.

Quæ verò de Græcis Latina fecit, hæc Ingolstadij & alibi excusa:

Synodi Ephesina prima & Aëta libris quatuor; Latina primus ciuitate donavit, & Periochis illustravit ac Notis.

Septemdecim quoque *Græcorum Patrum Homilias in præcipua CHRISTI Salvatoris Festa* Latine reddidit.

Similiter, *Victorem Antiochenum in Marci Evangelium* conuertit. &,

Titum Bostrorum Episcopum in Lucam. itemque,

Andrea Cesarea Cappadocie Episcopi Commentarios in Apocalypsin.

Reliquit & postuum partum *Catenam Græcorum Patrum in Proverbia Salomonis Latinam* factam: in eademque *Proverbia Commentarios ac Paraphrasim*: docta, pia, & laboriosa, verbi DEIECtis perutilia, ne dicam necessaria. hæc quidem typis

typis edita: *Catena verò Græcorum Patrum* prope diem apparebit. Obiit Augustano in Collegio Societatis IESV, quicuitq; in Domino vi Non. Maias, anno redemptionis humanæ m. d. xxci v.

THOMAS SAILLIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, Collegij Bruxellensis Rector, scripsit Gallicè,

Institutionem ad Milites. Latinè verò,

Thesaurum precum ac Meditationum, cum Apologia pro Litanis, cum iconibus: typis Plantinianis.

Collectas item à se edidit *Funebres laudationes in obitum Alexandri Farneſij Duci Parme ac Placentia, & Belgici exercitus Gubernatoris atque Doctoris.*

Narrationem itineris Illustrissimi D. Francisci de Mendoza Almirantij Aragonia, in legatione sua ad S. Cesaream Maiestatem, Serenissimū Poloniae Regem, ac Serenissimum Archiducem Ferdinandum, &c.

Veram item narrationem expeditionis Serenissimi Archiducis Alberti ad Ambianum.

Belgicè denique reddidit,

P. Iulium Facium De mortificatione.

Consultationem de Fide & Religione capessenda

P. LEONARDI LESSII.

Controversias item Fidei, ex Gallico, cum auctorito. Denique scripsit Belgicè,

Excitorium è somno, ad Hæreticos.

THOMAS SANCTIVS, natione Hispanus, patria Cordubensis, à puero nostrum institutum complexus est, atque in Societate liberales disciplinas didicit, & quæstiones de Moribus docuit. Vir fuit in quo virtus cum doctrina, ingenium cum assidua legendi auiditate certauit, & qui non minus viriusq;

Juris

Iuris quam Theologiae cognitione excutus fuit.

Scripsit pereruditos *De Sacramento Matrimonij*
Tomas tres, doctis viris valde probatos.

Scribebat etiam *Summam casuum* (vt vocant) *conscientiae*. Sed dum primum Tomum haberet absolum, & secundum incloatum, ecce tibi prepropterea mors filum abruptit, & SANCTIVM nostrum annum LIX. agentem de medio sustulit, in Collegio nostro Granateni xix. Maij anni salutis M. DC.X.

Fama est, THOMAM SANCTIVM, quo tempore Societatem nostram ambiebat, sèpè à Superioribus repulsam passum, quod impeditioris esset linguae, Cordubæ in templum Sanctissimæ Virginis MARIAE quod à Fonte sancto nomen habet configuisse, & multis suspiriis lacrymisque à DEIPARA Virginie efflagitasse, impedimentum illud ut auferret, quo in Societatem admitteretur, atque etiam professum se domum suam non reuersurum, nisi quod petebat, impetrasset. Quid multa? impetravit, & sublato impedimento, ad Societatem aggregatus est.

THOMAS DE VILLACASTON, natione Hispanus, patria Vallisoletanus, vir precationi deditus, edidit nuper Hispano sermone:

Enchiridion considerationum, ac Spiritualium Exercitorum in orando Deum.

TVRNONENSE COLLEGIVM recensuit, Notis illustravit, atque edidit

Odas Graco-latinas Synezij & Gregorij Nazianzeni Episcoporum. Item,

Thesaurum rerum & verborum Virgilij. Item,
Virgilium ad communes locos redactum opera Patris MICHAELIS COYSSARDI, Aruerni, sèpius Collegiorum Societatis Rectoris.

VALEN-

V.

VALENTINVS GERARDVS, natione Gallus, patria Ebredunensis, in Societatem receptus, anno M. D. LXII. Turnone Rector; & ibidem, ut & in Italia, Theologiae Professor. Scripsit Gallicè

Triumphum B. MARIAE Virginis, à calumniis Calvinianorum Ministrorum vindicatum.

VALERIVS REGINALDVVS, natione Burgundus, patria Vlsiensis, scripsit

Praxim fori pœnentialis, tres in partes distributam: *Personarum, Actionum, ac Rerum.* Item,

De Prudentia & cereris in Confessorio requisitis, ad ritè fructuoseque diuini ministerij sui inuenta obeunda.

VENCISLAVS STVRMIVS, natione Bohemus, patria Tinensis, Græcas & Latinas litteras in Societate docuit, & diu multumque concionatus in missionibus est, quarum incommoda multa alacri animo tolerabat, paupertatis amator, obedientiæ apprimè cultor, proximorum salutis studiosissimus. Collegiorum Pragensis & Crumloviensis Rector fuit, primusque qui Bohemico idiomate contra Picardos scriptus, videlicet,

Concordiam fidei.

Apologiam contra Silvium Huberinum, & contra Concionale Picardicum, & alteram *Apologiam defensionis Concionalis.* Migravit ad DOMINVM expleto ætatis anno LXVI.

VINCENTIVS BRVNVS, natione Italus, patria Ariminensis, cùm Medici officio fungeretur, curansque agroris operam daret, nostram ingressus est Societatem, ac diuinis litteris eruditus, propter exi-

P

eximiam probitatem, modestiam, & prudentiam; Collegio nostro Romano præfetus est, illudque per multos annos integrè, suauiter, atque prudenter gubernauit. Romæque anno, ni fallor, salutis M. D. XCVI. de corporis ergastulo liberatus, ad celestes sedes, vti speramus, à Domino translatus est, annum agens circiter LXV. Scriptit præclarè materna lingua, quæ & Latinè conuersa Coloniae Agrippinæ exierunt,

De Vita, Passione, & Resurrectione Domini Tomos IIII. in quibus præcipua eius mysteria explicantur, & modus ea meditandi traditur.

De Vita Beatisima Virginis MARIE, Ioannis Baptiste, & Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum in communi, Tomum unum.

Meditationum in Euangelia, qua Dominicis dictibus leguntur in Missa, Tom. I.

De Sacramento Pœnitentia cum examine generali ad confessionem generalem, lib. I.

VINCENTIVS REGIVS, natione Italus, edidit
Dilucidationum Historia & Concordia Euange-
licæ libros VIII. tribus Tomis distinctos.

VIRGILIUS CEPARIVS, natione Italus, dioce-
sis Perusinæ, qui gubernando & concionando lau-
dabiliter vitam dicit, tres libros edidit Italicè scri-
ptos *De Vita B. Aloysij Gonzaga Societatis Iesv.*
quæ & Latinè exiit Coloniae in Vbiis; Gallicè quo-
que, interprete ANTONIO DE BALINGHEM eiusdem
Societatis, Duaci & Lugduni.

VITALIS TERONVS, natione Gallus, patria
Vasco, edidit sub nomine Collegij Tolosani cat-
men Lyricum inscriptum *Delphinas*, gratulationis
ergo ad Delphinum Galliæ Regis filium.

ZACHA-

Z.

ZACHARIAS ROTH, natione Belga, patria Flan-
der, diligens concionator & copiosus, zeloque
promouenda diuinæ pietatis ardens, in castris Fri-
siæ militibus operam consolando dans extinctus est.
Scriptit in Eburonum agro,

Catechismi lectiones duodecim, cùm Gallicè, tum
Belgicè.

PETRVS RIBADENEIRA, natione Hispanus, pa-
tria Toletanus, omnium totius Societatis Iesu
minimus atque indignissimus filius, anno salutis
M. D. XL. die XVIII. mensis Septembris, ad Soci-
etatem nostram tunc nacentem, & nondum à Sede
Apostolica confirmatam, Roimæ singulari Dei be-
neficio puer adductus sum, & à B. P. N. IGNATIO
admissus, & multis ac magnis perfunctus la-
boribus, scripsi hactenus:

De Vita B. P. N. Ignatii Societatis auctoris,
tum Latinè, tum Hispаниcè, lib. V.

Alteram item eiusdem B. P. vitam bremorem, sed
multis ac nouis miraculis illustratam.

*De Vita P. IACOBI LAYNEZ Secundi Prepositi
Generalis* lib. IIII. Hispаниcè.

*De Vita P. FRANCISCI BORGIA Tertii Prepositi
Generalis* lib. IV. item Hispаниcè.

De schismate Anglicano lib. IIII.

De tribulatione priuata & publica lib. II.

*De Principe Christiano aduersus Machiauelliū,
& Politicos* lib. II.

De Vitis Sanctorum omnium qui per totum annum ab Ecclesia Romana celebrantur, quorumque in Breuiario fit commemorationis, Tomos i.

De Vitis Sanctorum extra ordinem Breuiarij, quos propterea extranagantes appellant, Tom. i. Item, Officia propria Sanctorum Ecclesia Toletana.

De Instituto Societatis IESV lib. i. Item, Manuale Orationum in usum pie precandi collectum.

Libellum aureum Alberti Magni de Virtutibus, qui Paradisus anima inscribitur, è Latino Hispanum feci, & Orationibus ad singulas virtutes pertendas locupletau. Item

Confessionum, Meditationum, Soliloquiorum, & Manualis D. Augustini libros, meæ linguae hominibus dedi. Denique hunc ipsum

De SCRIPTORIBVS NOSTRÆ SOCIETATIS Tractatum ad finem Dei gratia adspirante perdux: quem tametsi imperfectionem esse scio (semper enim accessio fieri poterit) vtilem tamen fore existimo, magnoque aliis incitamento, ut augeant inchoata, limene ruda, impolita perpoliant, & nouis accessionibus suppleant, quæ à me pratermissa vel minus comperta sunt. Meus enim hic labor nouis Scriptoribus Societatis quotidie erumpentibus, nouisque libris prodeuntibus, facile scilicet locupletari poterit. Præter ea quæ typis excusa sunt, alia etiam scripsi, quæ lucem nondum aspicerunt. In iis sunt

Domina Maria de Mendoza clarissimæ atque spectatissimæ feminæ, Collegij nostri Complutensis fundatrixis Vita. Item,

Do Stephanie Manrique, & Castella, quæ insigni sanctitatis opinione Toleti floruit, & cum D. Petro Manrique germano fratre nostrâ Professorum Domum

mū Toletanam fundauit, & Collegij redditus auxit.

Ad hæc tres Dialogos multa & rara exempla continentis eorum qui à Religione deficiente seuerè à Deo puniti sunt. Nunc verò habeo præ manibus

*Historiam Hispánicam Societatis, Indicam & Sardicam, hoc est, Narrationem eorum quæ à confirmata ab Apostolica Sede Societate Nostri gesserunt in Prouinciis Hispaniæ, Toletana, Castellana, Aragonica, & Bætica; præterea Mexicana, Peruana, Paraguay, & Philippinarum (quæ quatuor Provinciæ Indicarum sunt Occidentalium) quibus accedit Prouincia etiam Sardinensis, quoniam nouem istæ omnes Prouinciæ vni eidemque Hispaniæ Assistenti subsunt. Quemadmodum Lusitania, & reliqua Indiæ Orientalis Prouinciarum suum habent peculiarem Assistentem, & suum etiam habebunt proprium Scriptorem. Hoc autem Opus quod molior, vel potius hoc onus quod à P. nostro GENERALI meis humeris impositum est supra LXXXIV. annorum, quos vixi, ætatem, supra vires meas esse, quis non videt? Sed Religiōso viro Obedientia mordicus retinenda est, & ad extreum usque spiritum obtemperandum, atq; (vt ille ait) *In magnis & voluisse sat est.* Denique siue viuimus, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur. Itaque siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. Utinam fideles in illo inueniamur! Deo Opt. Max. omnium bonorum auctori, eiusq; matrì B. Virgini MARIAE, & Sanctis, atque cælitibus cunctis, sit laus, honor, gratiarum actio, & iubilatio in sæcula sæculorum.*

Cenotaphium à P. IOANNE MARIANA
amico positum.

D E O O P T . M A X . S .

P E T R V S R I B A D E N E I R A
E SOCIETATE I E S V
C V I S E P V E R A D I V N X I T R O M A E
A N T E Q V A M S E D I A P O S T O L I C A E
I S O R D O P R O B A T V S E S S E T
M O R V M F A C I L I T A T E I N G E N I O A R D E N T I
E G R E G I A I N D O L E
T R I B V S P R A E P O S I T I S G E N E R A L I B V S
B . I G N A T I O , L A I N O , E T F R A N C I S C O B O R G I A E
G R A T V S I M P R I M I S E X T I T I T
I V N I O R M V L T A S N A T I O N E S O B I V I T
D E R E B V S M A G N I S L E G A T V S
D E I N D E V A R I S I N T E R S V O S M V N E R I B V S
E S T P E R F V N C T V S
I N T V S C I A E T S I C I L I A P R O V I N C I A L I S
C O M M I S S A R I V S I N S I C I L I A
I N I N S V B R I B V S V I S I T A T O R
A E T A T E M A I O R T O L E T V M R E D I T
S I N A T I V O C A E L O A F F L I C T A M V A L E T V D I N E M
R E C R E A R E T

I N

I N E O S E C E S S V E T M A D R I T I
V B I V I T A E R E L I Q V V M E X E G I T
M V L T O S L I B R O S P V B L I C A V I T
E R V D I T O S E T P I O S
I N V T R A Q V E L I N G V A P A R
P R I N C I P I E V S G R A T V S S V I S C H A R V S
E X T E R I S C O M M O D V S
P R V D E N T I A E L A V D E I N S I G N I S
A N N O S L X X X I V . V I X I T
I N S O C I E T A T E A V T E M L X X I .
O B I I T M A D R I T I
A N N O M . D C . X I .
X . K A L . O C T O B .

P 4

IOAN

IOANNES MORETUS

LECTORI

χείρων.

V o d in sylua cædua , altisque
densa stirpibus , lignatori æ-
cidere identidem Theocritus
poëta cecinit , vt quò se vertat
animi pendens ignoret , incer-
tus quam potissimum arborem proceram
securi feriens ad terram affligat : idem mihi
vsiuenire sentio , dum amicorum hortatu-
tam vasta atque frugifera excellentium So-
CIETATIS IESV Scriptorum sylua INDICEM
nationum variarum materiarumque concin-
nare ea potissimum gratia studio , vt qui post-
hac aut bibliothecas optimorum librorum
instruere volent , aut de superiore loco do-
centis personam sustinebunt , aut denique
sensa mentis litterarum monumentis prode-
re ac scribere ipsi de re aliqua posteritatis
commodo cogitant , habeant ad manum
Syllabum , ceu Ariadnæ in Labyrintho fi-
lum , quo iisdem ingressi vestigiis viam insi-
stant : suppeditetque argumentum , quod or-
nare ipsi per se atque amplificare honesta-

qua-

quadam æmulatione contendant , ac vincere
etiam (quid enim vetat ?) gloriose conentur .

— ἀγαθὴ δὲ ἔεις οὐδὲ βετοῖς.

palmam demum laudemque vigiliarum re-
ferant : abstineant modò à pestilenti ac viru-
lenta æui nostri calumniandi ac maledicen-
di innoxii petulantia , atque audacia impu-
denti labores alienos lucubrationsque per-
nefas vellicandi . scilicet otiosi isti atq; ignavi
fuci , quantum de aliis conuitiando detra-
hant , tantum sibi arrogare audent . Quam-
obrem candidum Socij discendiq; cupidum ,
non superbia hydrope tumentem Lectorem
efflagitant : qui si φιλομαθὴ fuerit , futurus
idem sit breui καὶ πολυμαθὴς .

Hoc itaque argumentum dum bono pu-
blico tractare via ac ratione tento , ne scopæ
dissolutæ appareant , primùm Nomenclato-
rem dabo *Cognominum* , quibus notior quis-
que , cùm proprium non occurrit , plerumque
esse solet . Hinc *Nationum variarum* census
erit , apud quas floret hodie S O C I E T A S , &
in Domini vinea , quam suffodere cuniculis
callidæ vulpes moluntur , nauiter aduigilat ;
ac veluti canes pro domo DEI latrantes , ar-
cent , quoad eius fieri potest , à grege lupos .
Mox Index Materiarum , quas S O C I E T A-
T I S Scriptores illustrarunt , subiungetur ,
hœc ordine :

- I. *Qui in vetus ac nouum Testamentum scripsere.*
- II. *Scholaſtici Theologi.*
- III. *De Theologia Morali seu Conſcientia caſibus.*
- IV. *Homiliarum ac ſacrarum Concionum ſcriptores.*
- V. *Catechifmi variis linguis. Exempla his accommodata.*
- VI. *Controuerſiarum Doctores. Hæretici à Societate confutati.*
- VII. *Ascetici, ſeu ſpirituales, ut vocat libri.*
- VIII. *De Euchariftia, & Miffa ſacrificio.*
- IX. *De vita & laudibus B. MARIAE Virg.*
- X. *De Sanctorum vitiis, ac claror. Virorū.*
- XI. *Precationes variorum.*
- XII. *In Concilia & Synodos.*
- XIII. *Hiftoria illuſtrata, Eccleſiaſtica atq; extera.*
- XIV. *Rerum Indicarum & Annuarum ſcriptores.*
- XV. *Mathematici.*
- XVI. *E Græco ſermone conuerſa.*
- XVII. *Illustrati ſcriptores cum ſacri, tum profani.*
- XVIII. *Philofophica.*
- XIX. *Oratoria & Orationes.*
- XX. *Poemata.*

- xxi. *Grammatici & Philologi.*
 - xxii. *Peregrinarum linguarū interpretes.*
 - xxiii. *Societas à calumniis vindicata.*
- Habes ordinis mei rationem, laborisque ſucepti conſilium : quæ ſi non diſplicuiffe cognoero, erit profecto, cur hanc mihi Spar-tam à R. P. RIBADENEIRA creditam atque commiſſam augere indies fatagam. Quare ſi omiſſa quorumdam patria eſt, quia ignota haec tenus; vel ſi quæ ſcripta foras data nos fugerunt; qui Auctori vel nobis per epiftolam ſuggeret, næ ille benè de aliis, benè de ſe ipſe merebitur: nec apud immemores poſitum ſentiet officium. Accedent enim alteri editioni Curisque ſecundis, quas Euripides οφωτέεις & fieri & eſſe debere ait. Crescer enim hic, quantum auguror, noſtræ fidei creditus libellus, ut ingeniorum ac ſcriben- tium in SOCIETATE auctior ſegeſ exiſtet. Quo in omine defino, mi Lector, & ſic vo- ueo. Vale, & fruere.

INDEX COGNOMINVM.

S C R I P T O R V M
S O C I E T A T I S I E S V :Qui NOMINA PROPRIA
postponit.*A.*

- A** CASTRO Christophorus.
Acosta Emanuel.
Acosta Iosephus.
Adamus Henricus.
Adornius Franciscus.
Adriani Adrianus.
Egidius al. *Gillis* Christophorus.
Aguilonius Franciscus.
Alagona Petrus.
Albertinus Franciscus.
de Alcazar Ludouicus.
Alderete Iosephus.
Alemannus Iosephus.
Aluarez Emanuel.
Aluarez de Paz Jacobus.
Amandus Ignatius.
Androtius Fulnius.
Antonius Franciscus.
Aquasius Claudius.
Aquipontanus Ioannes.
Arias Franciscus.
Arnbru sterus Ioannes..

Artu-

- Arturus Laurentius.*
Astetius Gaspar.
Athanasius Ioannes Bapt.
Auer Laurentius.
Augerius Edmundus.
Egidius Gonzalez.
d' Auila { *Alphonsus.*
Stephanus.
de Auillanada Didacus seu Iacobus.
Azor Ioannes.

B.

- de Balinghem Antonius.*
Balsamon Ignatius.
Barnados Antonius.
Barradas Sebastianus.
Bartsius Federicus.
Bastida Ferdinandus.
Baylus Gulielmus.
Becanus Martinus.
Bellarminus Robertus.
Bencius Franciscus.
Bidermannus Jacobus.
Bisiola Ioan. Gabriel.
Bisiola Lalius.
Blissemus Henricus.
Blondus Iosephus.
Bompar Marcellinus.
Bonaldus Franciscus.
Bona ventura Franciscus.
Bonifacius Ioannes.
Boonartius Nicolans.
Bordes Ioannes.
Borgia Franciscus.

Boncle-

Bouclerus Julianus.
 Brilmakerus Pet. Michaël.
 Brochaeus Gulielmus.
 Broumerus Christophorus.
 Brunus { Adrianus.
 Bartholomeus:
 Vincentius.
 Burgundus Petrus.
 Busaus Ioannes.
 Busens Petrus.

Campianus Edmundus.
 Candelæ Ioan. Dominicus.
 Canifus Petrus.
 Cardaneus Michaël.
 Cardulus Fulvius.
 Caretonius Ioan. Franc.
 Carnalinius Antonius.
 de Castro Franciscus.
 Castrinus Christophorus.
 Caſſinus Nicolaus
 Ceparius Virgilius.
 Cerdæ Ioan. Ludouicus.
 Cerdæ Melchior.
 Chirinus Petrus.
 Christophorus Martinus.
 Clanius Christophorus.
 Clericus Nicolaus.
 Clerus Hermes.
 Codrettus Annibal.
 Collegium Monachienſe.
 Collegium Turnonensi.
 Comstolus Paulus.

Contus Sebastianus.
 Cordeſes Antonius.
 Coſternus Franciscus.
 Cotonus Petrus.
 Couillonius Ioannes.
 Coſſardus Michaël.
 Cresuelus Josephus.
 Crombecius Ioannes.
 Crocus Cornelius.
 à Cruce Jacobus.

D.

Dandinus Hieronymus.
 Daniel Fidelis.
 David Ioannes.
 Deckerus Ioannes.
 Delrius Martinus.
 Dezza Alfonſus.
 Duceus Fronto.
 Duræus Ioannes.

E.

Eberhardus Georgius.
 Eifelinus Michaël.
 Enriquez Henricus.
 Efus Richardus.
 Etzelius Balthasar.
 Eudæmo Ioannis Andreas.

F.

Facius Iulius.
 Faſnardus Franciscus.
 Ferdinandus Gaſpar.
 Ferdinandus Ioannes.
 Fernandez Michael.
 Ferrerius Ludovicus.

Fides Iulius.
Firmanus Annibal.
Florentia Hieronymus.
Folcarius Antonius.
Fonseca Petrus.
Fornarius Martinus.
Fraius Leonardus,
Frusius Andreas.

G.

Gagliardus Achilles.
Gaulterius Iacobus.
Georgius Alexander.
Georgius Marcus.
Gerardinus Alexander.
Gerardus Valentinus.
Gersonus Leonardus.
Gibbonus Ioannes.
Gibbonus Richardus.
Gilenus Laurentius.
Godignus Nicolaus.
Gometius Franciscus.
Gonterius Ioannes.
Gonzales Egidius.
Gonzales Gaspar.
Gregorius Stephanus.
Goutieres Franciscus.
Gretserus Jacobus.
Groditius Stanislaus.
Gualterius Iacobus.
Guerrera Ferdinandus.
Guyonus Stephanus.
Gusman Ludonicus.
Gusman Petrus.

Hains

Gusman Ludonicus.
Gusman Petrus.

H.

Hains Edmundus.
Hains Joannes.
Hains Seruius Ioannes.
Halnerius Christianus.
Harlemius Ioannes.
Heissius Sebastianus.
Herardus Nicolaus.
Herbestus Benedictus.
Hafius Ioannes.

I.

Iacen Ferdinandus.
de S. Iacobo Ioannes.
du Farris Petrus.
Isuardus Cesar.
Iungius Adrianus.
Iustinianus Augustus.
Iustinianus Benedictus.

K.

Kellerus Iacobus.

L.

Laterna Martinus.
Laynez Iacobus.
Ledesma Iacobus.
Leonis Ioannes.
Lessius Leonardus.
Loarte Gaspar.
Lorinus Ioannes.
Loyerus Petrus.
Lucena Ioannes.
Ludonicus Petrus.

Q.

Lupus

*Lupus Aluanus.**M.**Macheronitus Ioan. Theodoricus.**Madridius Christophorus.**Maffeus Ioan. Petrus.**Magallanus Cosmas.**Magirus Ioannes.**Maior Ioannes.**Mairhofer Matthias.**Makeblidius Ludonicus.**Malauolta Prosper.**Maldonatus Ioannes.**Mangotinus Adrianus.**Mariana Ioannes.**Martha Jac. Antonius.**Martinez Ignatius.**Mastrillus Gregorius.**Maturius Petrus.**Mazarinus Iulius.**Mazellus Laurentius.**Modeftinus Andreas.**Molina Ludonicus.**Montoya Alphonsus.**Morales Petrus.**Mulbenitus Ioannes.**N.**Natalis Hieronymus.**Nicouius Simon.**Nigronus Iulius.**O.**Odescalcus Aloisius.**Offeus Paulus.**Olanus Martinus.**Oranus Joannes.**Orlandinus Nicolaus.**Oſorius Ioannes.**Oſhouimus Balthasar.**P.**Pacotus Antonius.**Pallanicinus Fabricius.**Palminus Benedictus.**Pantoius Didacus, al. Jacobus.**Parenticellus Ant. Maria.**Pasius Benedictus.**Passardus Horatius.**Pelecyus Ioannes.**Peltanus Thedorus Antonius.**Peninus Leonardus.**Pererius Benedictus.**Perez Franciscus.**Perpinianus Petrus Ioannes.**Perpezatius Ioannes.**Personus Robertus.**Peruscus Joan. Bapt.**Pimenta Emanuel.**Pimenta Nicolaus.**Pineus Guillelmus.**Pineda Ioannes.**Pinellus Lucas.**Pisanus Alphonsus.**Plantedius Franciscus.**Platus Dominicus.**Platus Hieronymus.**Polanchis Ioannes.**Pontanus Iacobus.**Pontanus Ludonicus.*

Stephanius Bernardinus.
Sturmius Vencislauus.
Suarez Cyprianus.
Suarez Franciscus.
Sueuenzelius Philippus.
Sufius Ioannes.
Sylnius Petrus.
Szafarnius Iacobus.

T.

Tallerius Ioannes.
Teronus Vitalis.
Thyraus Hermannus.
Thyraus Petrus.
Toletus Franciscus.
Torres Antonius.
Torrez Hieronymus.
Torrez Ioannes.
Trigaulius Nicolauus.
Tuccius Stephanus.
Turfellinus Horatius.
Turrianus Franciscus.

U.

de Valentia Gregorius.
Valignanus Alexander.
Valtrinus Joan. Anton.
Vargas Petrus.
Varschenicius Stanislauus.
Vasquez Dionysius.
Vasquez Gabriel.
de Vega Emanuel.
Velatus Ioan. Bapt.
Vetter Conrardus.
Viegas Blasius.

di Villacaston Thomas.
Villalobos Ioannes.
Villapandus Ioan. Baptista.
Vipscus Simon.
Vinaldus Augustinus.
Voilus Ioannes.
Vrsinus Iulius.
W.
Wialius Ioannes.
de Witté Adrianus.

X.

Xauerius Franciscus.
Xauerius Hieronymus.

INDEX NATIONVM

Scriptorum SOCIET. IESV.

ITALI.

A CHILLES Gagliardus, Patavinus.
Alexander Gerardinus, Mediolanensis.
Alexander Valignanus, Teramnensis.
Aloisius Gonzaga, Mantuanus.
Aloisius Odescalcus, Comensis.
Annibal Firmanus, Fanensis.
Antonius Bernados, Genuensis.
Antonius Folcarius, Pedemontanus.
Antonius Maria Parenticellus, Sarzanensis.
Antonius Posseinius, Mantuanus.
Augustinus Justinianus, Genuensis.
Augustinus Vinaldus, Genuensis.

- Bartholomeus Riccius, Picenus.*
Benedictus Iustinianus, Genuensis.
Benedictus Palmius, Parmensis.
Bernardinus { *Realinus, Carpensis.*
Rossignolius, Vlmetanus.
Stephonius, Sabinus.
Cæsar Isuardus, Niciensis.
Carolus Regius.
CLAUDIVS AQVAVIVA, Neapolitanus, nunc Praepositus Societatis Generalis V.
Domitius Platus, Mediolanensis.
Emericus de Bonis, Vastallenfis.
Fabricius Pallanicinus, Genuensis.
Fidelis Daniel, Veronensis.
Adornus, Genuensis.
Albertinus, Neapolitanus.
Franciscus { *Bencius, Etruscus.*
Plantedius.
Sacchinus, Perusinus.
Fulnius Androtius, Picenus.
Fulnius Cardulus, Narrienfis.
Georgius Mastrillus, Nolanus.
Hieronymus Dandinus, Cæsenas.
Hieronymus Platus, Mediolanensis.
Horatius Paffardus, Romanus.
Horatius Tursellinus, Romanus.
Iacobus Antonius Martha, Tarnisinus.
Jacobus à Cruce, Nuceriensis.
Ignatius Balsamon, Bergomas.
Antonius Valerinus, Senensis.
Baptista Peruscus, Romanus.
Ioannes { *Bapt. Velatus, Pedemontanus.*
Franciscus Carettonius, Romanus.

Ioan-

- Ioannes Gabriel Bisciola, Mutinenfis.*
Joannes Gousterius, Pedemontanus.
Ioan. Petrus Maffaus, Bergomas.
Iosephus Alemannus, Mediolanen.
Facius, N capitanus.
Fides, Brixienfis.
Julius { *Nigronius, Genuensis.*
Priscianensis, Florentinus.
Ursinus, Romanus.
Lælius Bisciola, Mutinenfis.
Laurentius Masellus, Napolit.
Leonardus Garzonius, Venet.
Ludonicus Rogerius, Aretinus.
Mariinus Fornarius, Brundusinus.
Nicolaus Orlandinus, Florentin.
Paulus Comitolus, Perusin.
Prospere Malauolta, Ferrarens.
Robertus Bellarminus, Politianus, S.R.E. Card.
Sebastianus Beretarius, Florentin.
Vincentius Brunus, Ariminensis.
Vincentius Regius.
Virgilius Ceparius, dioces. Perusinae.

SIC VLI.

- Ioannes Dominicus Candela, ex sancto Philadelpho.*
Iosephus Blondus, Bibonenfis.
Julius Maizarinus, Panormitan.
Perrus Alagona.
Stephanus Tuccius.
Andreas Eudemo Ioannis, Cydonius, Cretensis.
Ioannes Baptista Romanus, Egyptius, Alexandrinus.

Q 5

HISPA-

HISPANI.

Agidius Gonzales Davila, Toletanus.

Ausila, Bellemontanus.

Cordezes, Catalanus.

Deza, Complutensis.

Alphonſus Montoya, Ocaniensis.

Pifanuſ, Toletanus.

Rodriguez, Pincianus.

Salmeron, Toletanus.

Antonius Rubeus, Rodensis.

Torres, diœcesis Burgensis.

Bartholomeus Brunus, diœcesis Abulensis.

Benedictus Pererius, Valentinus.

Christophorus Castrius, Ocaniensis.

Christophorus Madridius, diœces. Toletana.

Cyprianus Suarez, Ocaniensis.

Didacus, vel Iacobus de Auillanada, Vrsonenensis.

Dionysius Vasquez, Toletanus.

Ferdinandus Bastida, Pincianus.

Ferdinandus Iaen.

Arias, Hispalensis.

Bonaentura, Segobiensis.

Borgia, Valentinus, III. Prepositus Generalis.

de Castro, Granatenis.

Gometius, Fregenallius.

Franciscus Gutieres, Setabensis.

Perez.

Ribera, Villacastrensis.

Rodriguez.

Scribanus, Valentinus.

Scuderus, Parrensis.

Suarez, Granatenis.

Toletus, Cordubensis, S.R.E. Card.

Franciscus Turrianus, Legionensis.

Xauerius, Nauarrus.

Gabriel Vasquez, Belmontanus.

Asturias, Salmanticensis.

Ferdinandus, Toletanus.

Gaspar Loarte, Methymnenensis.

Sanchez, 1. Granatenis.

2. Nauarrus.

Gregorius de Valentia, Methymnenensis.

Florentia, Complut.

Natalis, Balearis.

Hieronymus Pratus, Baecensis.

Ripalda, Tiruelensis.

Torres, Catalaunus.

Xauerius, Nanarrus.

Aluarez de Paz, Toletanus.

de Auillanada.

Jacobus Layes, Almazanus: Generalis Prepositus II.

Alderete, Malacensis.

Ledesma, Cuillarenensis, ditionis Valentina.

Pantoius, diœcesis Toletana.

Azor, Murcianus.

Bap. Villapandus, Cordubensis.

Bonifacius, Cimitatensis.

Ferdinandus, Toletanus.

Joannes Ludonicus de la Cerda, Tolet.

Maldonatus, Baticus.

Mariana, Talabrensis.

Oſrius, Burgensis.

Pineda, Hispal.

- Polancus, Burgenensis.*
S. Jacobi, Toletanus.
Joannes Roxas, Tolet.
Salas, ex oppido Gumiell.
Torres, Methymnenensis.
Villalobos.
- Iosephus Alderete, Malacensis.*
Iosephus à Costa, Methymnenensis.
{ de Alcazar, Beticus.
Ferrerius, Murcianus.
- Ludonicus Gusman, ditionis Palentina.*
Molina, Conchensis.
Pontanus, Pincianus.
- Martinus Olanius Cantaber, è Victoria.*
Martinus Roa, Cordubensis.
Melchior de la Cerda, diæcis Seguntinae.
Michaël Fernandez, Tolet.
- Chirinus, ex oppido Ossuna, diæc. Hispanen.*
Gusman, Abulensis.
Ioannes Perpinianus, Valentinus.
Ludonicus, Valent.
- Petrus Morales, diæc. Tolet.*
Ribadeneira, Tolet.
Sanctius, Tolet. diæcisis.
Vargas.
- Raphael Rivera, Barcinonensis.*
Stephanus de Auila, Abulensis.
Thomas Sanctius, Corduben.
Thomas de villa Caston, Pincianus.

L V S I T A N I .

- Aluarus Lupus.*
Antonius Carnalius, Olyssipon.

- Blasius Viegas, Eborense.*
Christophorus Egidius, alias Gillis, Bragantinus.
Cosmas Magallanus, Bracarense.
Comimbricensis Collegi philosophi.
Eduardus Sandius, Olyssipon.
- { à Costa.*
Aluarez, Maderetanus.
- Emanuel De Goes.*
Pimenta, Scalabitanus.
Sa, Interamnenensis.
de Vega.
- Ferdinandus Guerrera, Almodauarense.*
Ferdinandus Rebellus, Pratenis.
Franciscus Antonius, Olyssipon.
Gaffar Gonzalez.
Henricus Enriquex, Portuen.
Ignatius Martinez, ex oppido Gonca.
Ioan. Lucena, diæc. Visensis.
Joan. Rebellus, Lamecen. diæc.
Marcus Georgius, Conimbric.
Nicolaus Godignus.
Nicolaus Pimenta.
Petr. Fonseca, Visensis.
Sebast. Barradius, Olyssipon.
Sebast. Contus.

G A L L I .

- Adrianus Brunus, Bellouacensis.*
Alexander Georgius, Rhemenis.
Andreas Frusius, Carnutensis, diæc. Niueren.
Annibal Codretus, Allobrox.
Antonius Pacotus, Vasco.

Arnaldus Sapphorinus, Bearnenfis.
Bernardinus Salinus, Vercellenfis.
Carolus Sagerius, Picardus.
Dionysius Petanus, Aurelianensis.
Emondus Augerius, Trecensis.
 { *Bonaldus, Mimatensis.*
Franciscus Fanardus, Lemouicensis.
 { *Remondus, Dinionensis.*
 { *Solerius, Lemouicensis.*
Fronto Ducanus, Burdigalenfis.
Guilielmus Bayllus Velaufus, diœcesis Aniciensis.
Guilielmus Pinaus, Aruernus.
Jacobus Gualterus, Vimariensis.
Jacobus Salesius, Aruernus, Martyr.
Jacobus Sirmundus, Aruernus.
Ignatius Amandus, Delphinias.
 { *Bapt. Athanasius, Lugdunensis.*
 { *de Bordes, Burdigalenfis.*
 { *Gouterius, Taurinenfis.*
